

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;  
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7 1/2.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis  
Lib. 0.50 pro *unoquoque centimetro quadrato*.

*Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem*

ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN ITALIA	IN ANGLIA	IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICA SEPTENT.	IN CANADA ET NEWFOUNDLAND
Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.	Apud BURNS AND OATES	Apud COMMISSARIAT OF THE HOLY LAND.	NEW YORK (U. S. Americ.), 148 w 95th St.
ROMAE, Via Santa Chiara, 20-21.	LONDON W. - 28, Orchard Street.	NEW YORK, 148 w 95th St.	
IN BELGICA	IN GALLIA	INSULIS (LILLE)	IN HUNGARIA
Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.	LUGDUNI LUTETIAE PARISIORUM	Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.	Apud C. B. LIPTAY, CORRESP. DE HONGRIE
BRUXELLES, Rue de la Montagne, 52.	LIBRAIRIE VIC ET AMAT CHARLES AMAT SUCC.	Rue de Metz, 41.	BUDAPEST, Palais du Théâtre National.
	Rue Victor Hugo, 5	Rue Cassette, 11.	

## RERUM INDEX

CHRISTIANAE ANTIQUITATIS CULTORIBUS ROMAE CONGREGATIS SALUTATIO . . . . .	L. M. Card. Parocchi.
KALENDIS MAIIS - De proletariis . . . . .	I. Toniolo.
DE MANUUM LABORE INTER GENTES TUENDO . . . . .	P. Rossani.
EX GERMANIA - De Borussia Scientiae Academia . . . . .	P. Alt.
DE LINGVAE LATINAE NATURA AC PROPRIETATE . . . . .	P. Rasi.
SOCIUS PECULIARI DONO ORNATUS . . . . .	<i>Vox Urbis</i> .
VETERUM NAVIGIA . . . . .	A. Costaggini.
ALEXANDRI MANZONI CARMEN INSCRIPTUM <i>Il Cinque Maggio</i> . . . . .	M. Ricci.
TEXTURA ELECTRICA AC TELETTROSCOPIUM . . . . .	M. Lani.
AUDITUS ET MUSICE . . . . .	R. Spina.
POLYPI IMMANES . . . . .	Alpha.
LOLLIUS SIVE DE PROVECTA LATINIFATE . . . . .	P. Angelini.
COMMUNIA VITAE - Venatores et venatoria . . . . .	H. D. V. Pieralice
CHRISTIANAE ANTIQUITATIS DOCTORUM URBANUS HABITUS CONVENTUS . . . . .	A. L.
PERILLUSTRI VIRO EQUITI NICOLAO GALDO CONDOLESCENTIS ANIMI SENSUS OB AMATISSIMI FILII EXCESSUM . . . . .	I. Broia.
QUAESITIS RESPONSO - De latini eloquii pronuntiatione . . . . .	Microvir.
ANNALES . . . . .	Poplicola.
LIBRORUM RECENSIO . . . . .	P. A.
AENIGMATA . . . . .	P. Garrone.
<i>In tertia operculi pagina:</i>	
PER ORBEM . . . . .	Viator.
VARIA: Quid inter Napoleonem I et literam M - Europaeorum in orbe usus linguarum - Psittaci precantes . . . . .	P. d. V.
EPISTOLARUM COMMERCIVM . . . . .	A secretis.

ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCII

M DCCC

## LIBRI ET COMMENTARII RECENS DONO ACCEPTI

DOMENICO COMPARETTI. *Iscrizione arcaica del Foro Romano.* - Florentiae-Romae ed. Fr. Bencini, 1900.  
 Il Neologismo negli scritti di Plinio il giovane. Contributo agli studi sulla latinità argentea del dottor SANTI CONSOLI. - Panormi ed. Alb. Reber, 1900.  
 DÉODAT DE BASLY. *Grandes Thèses catholiques.* Vol. I. - Lutetiae-Insulis edid. Desclée, De Brouwer et C., MCM.  
 L'abitazione di campagna di S. Publio Protovesco di Malta. Ricerche archeologiche e memorie storiche per M. A. M. MIZZI. - Romae, apud Scriptorem (Corso 337).

**L'amico della gioventù.** Singulis hebdomadis prodit Veronae.

**L'amico del popolo.** Bis in mense editur Romae.

**Atene e Roma.** Commentarius cura Italiae Societatis ad litterarum studia vulganda editus. Florentiae-Romae.

Index rerum an. III, n. 15 (marzo 1900): Intorno alle « Ecclesiastice » di Aristofane (I. D. Comparetti) — Rettificazioni ed aggiunte all'articolo « Un frammento nuovo di Menandro » (E. Piccolomini) — Frammenti di Tacito (F. Ramorino) — Recensioni — Notizie varie.

**L'Ateneo.** De litteris et bonis artibus commentarius. Singulis hebdomadis prodit. Florentiae.

Index rerum an. XXXIV, n. 7-8 (aprile 1900): « Fuoco » e « Resurrezione ». D'Annunzio e Tolstoj (*Alcuni Beati*) — « Come le foglie » (Ezio Flori) — Anno Santo (A. Pisaneschi) — La storia e l'arte nel Cristianesimo (A. G. Bentivoglio) — Parva favilla (novella) di Maria Roccatagliata — Letterature straniere (C. Flores) — Socialismo e scienze positive (P. Larghi), etc.

**Bessarione.** Recensio periodica studiorum orientalium. Romae.

**Bollettino del museo civico di Padova.**

**Conventus alter de Archaeologia Christiana Romae habendus.** Commentarius authenticus.

**Cosmos Catholicus.** Commentarius menstruus. Romae.

**La Croce.** Singulis hebdomadis prodit Neapoli.

**Divus Thomas.** Commentarius inseruiens Academiae et Lyceis scholasticam doctrinam sectantibus. Placentiae.

**Emporium.** Recensio menstrua litterarum et artium. Bergomi.

**Ephemerides Liturgicae.** Singulis mensibus Romae prodeunt cura Congr. Vincentianae.

**Esperia.** Litterarum recensio. Casertae.

**Giornale Arcadico di scienze, lettere ed arti.** Romae.

**La Madonna dei bambini.** Catinae.

**Il Marzocco.** De litteris et artibus commentarius. Florentiae.

**Minerva.** Recensionum recensio, moderatore Friderico Garlanda. Romae.

Singulis dominicis diebus prodit, scripta maximi momenti, quae sive in praecipuis commentariis, sive in libris vulgantur, accuratissime referens.

Index rerum an. X, n. 19 (22 aprile 1900): Un romanzo storico americano (*Bibliothèque Universelle et Revue Suisse*) — Il Papa futuro (*Contemporary Review*) — Il vettovagliamento di un esercito (*Macmillan's Magazine*) — Del morire (*Die Umschau*) — T. H. Huxley: sue prime lotte per guadagnarsi da vivere per mezzo della scienza (*McClure's Magazine*) — Il Transvaal e la Polonia: lettera di Enrico Sienkiewicz (*Correspondant*) — Da una settimana all'altra — Spigolature — Nel mondo delle arti belle, etc.

**Nuntius Romanus.** Romae.

**L'Oriente Serafico.** Commentarius editus cura fr. Minorum S. Mariae Angelorum ad Assisium.

**L'Osservatore Cattolico.** Diarium Mediolanense.

**La Riconoscenza.** Commentarius; bis in mense prodit Tergeste.

**Rivista d'Italia.** Semel in mense prodit. Romae.

**Rivista Internazionale di scienze sociali e discipline ausiliarie.** Semel in mense prodit Romae.

Praeter scripta maximi momenti videre in hoc commentario placet librorum commentariorumque recensionem maxime copiosam.

**Rivista politica e letteraria.** Semel in mense prodit Romae.

Singulare in commentario hoc id habetur, scripta omnia designari, quae in praecipuis totius orbis ephemeridibus scitu digna vulgantur.

**Il Santuario di Caravaggio.** Caravaggi ad Bergomum.

**La scuola secondaria italiana.** Singulis hebdomadis prodit Mediolani.

Index rerum an. IV, n. 29 (21 aprile 1900): Per la scuola secondaria (prof. A. Martinazzoli) — La gara dantesca fra gli insegnanti (*Voces*) — Pel sesto centenario della Divina Commedia (epigrafi di Nicola Mosca) — Lo spiritualismo ed il culto di Dante (*Achille Piersantelli*) — La commemorazione dantesca — Altre letture dantesche — Il terrore degli esami (*Alberto Conti*), etc.

**Valle di Pompei.** Commentarius editus ad solamen puerorum, qui, cum parentes habeant in vincula coniectos, hospitio ad Pompeios accepti sunt.

**La vera Roma.** Singulis hebdomadis prodit Romae.

**Vita Nova.** Ephemeris, cura Societatis iuvenum athenaeorum studiis vacantium. Neapoli.

Index rerum an. IV, vol. IV, fasciculi 7 (aprile 1900): L'ideale della Vita Nova (G. M. Starace) — La concezione vera della democrazia cristiana italiana (*Demofilo*) — Una doverosa risposta (A. Mittigo - Marrapodi) — Bartolomeo Capasso (N. Barone) — Comunicazioni, etc.

**Vittoria Colonna.** Commentarius ad Italas mulieres. Bis in mense prodit Neapoli.

Index rerum an. X, n. 8 (16 aprile 1900): Campane e Lilla (*Argentina Mansferrari*) — Lettere ed arti — Lasciate i pargoli venire a me (*Mara Antelling*) — Mater dolorosa (*Eugenia Corty Mattioli*) — A. S. Onofrio (*Amalia Gulinelli*) — Romanzo — Divagazioni illustrate, etc.

**Die Nation.** Semel in hebdomada vulgatur Berolini.

**Studien und Mittheilungen.** Reigen.

**Obnova.** V. Hradci Králové.

**Vlast.** V. Praze.

**L'Association Catholique.** Revue mensuelle des questions sociales et ouvrières. Lutetiae Parisiorum.

Index rerum num. idibus Aprilibus editi: La Révolution française et le socialisme (*René de Marans*) — Le travail aux points de vue scientifique, industriel et social (*E. Martin-Saint-Léon*) — Les catholiques et l'éducation du peuple: Les Universités populaires (*Marc Sangnier*) — A propos des « Trusts » (*Henri Savatier*) — Chronique — Documents et faits sociaux — Chronique bibliographique, etc.

**La petite Revue Internationale.** Singulis hebdom. prodit Lutetiae Parisiorum.

**Bulletin Bibliographique internat.** Bruxelles.

**Revue Bibliographique Belge.** Bruxelles.

**Revue Neo-Scholastique.** Lovanii.

**Boletín-Revista de la juventud católica de Valencia.**

**La Cruz.** Madridi.

**El Eco Franciscano.** Santiago.

**Revista Católica de las cuestiones sociales.** Madridi.

**Revista crítica de historia y literatura españolas, portuguesas, é hispano-americanas.** Madridi.

**Revista Ecclesiástica.** Valdolet.

**La Semana Católica.** Madridi.

**Amerikanski Slovenec.** Tower.

**L'Artisan.** Revue mutualiste. Montreal (Canada).

**El Católico.** Santiago de Cuba.

**Der Herald des Glimbens.** St. Luis Mo.

**Diario de Centro America.** Guatemala.

**Johns Hopkins.** University Circulars. Baltimore.

**Katholischer Mestén.** Dubuque.

**The Messenger of the Sacred Heart.** Neo-Eboraci (U. S. A.).

**Niagara Index.** Niagara University. N. Y.

**Revue Ecclésiastique.** Valleyfield in Canada.

**The Review.** Singulis hebdomadis editur Saint-Louis M. (U. S. A.).

**The Rosary Magazine.** Patrum a S. Dominico praeconium menstruum. Somerset (Ohio) U. S. A.

**The Church Progress.** St. Luis Mo.

**The Tidings.** Los Angeles, Cal.

**Le Messenger de Tahiti.**

**Our Alma Mater.** St. Ignatius College. River-view, Sydney.

**I-wen-lou et Revue scientifique.** Zi-hai = Shang-hai.

VIRI lectissimi  
Archaeol

que, facto agm

Vos hospite

Si enim advena

suscipit officis,

neesse est, qui

et cura penitus

pro viribus insta

Post Salonas

ocellus, Petri ci

Veteres pan

fidei primaeva,

musivo nitentes

codices, inscript

omnia Vobis ap

tinam excutiend

concreta sangu

Quinquages

nostrae disciplin

De Rossi, divina

meterium Callis

circumundique

Ciriaca, Valent

ut cetera praete

que thesauros R

memoria, colleg

Sed quantum ac

supersit, post a

erutas, Petri et

perius effossum

Vos itaque ad n

tissimi, Vobis in

manis sodalibus,

bola ad apapen,

prohibet utilitas

vos doctrinam su

interim sit mens

taque omnia pro

tium Parens atq

honestamur.

Sinite modo

coetus limine au

chaeologiae con

tius investigand

educenda, ad fu

crementa cedat

(1) Quod Emus  
Christiana Antiquit  
oratio a se habita

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETIUM SUBNOTATIONIS:  
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam:  
Lib. 15. M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:  
ARISTIDES LEONORI, eques.  
ROMAE - Via Alessandrina, 87.

## CHRISTIANAE ANTIQUITATIS CULTORIBUS ROMAE CONGREGATIS SALUTATIO<sup>(1)</sup>

VIRI lectissimi, quotquot ad alterum christianae Archaeologiae conventum Romam acciti, undique, facto agmine, adestis, salvete.

Vos hospites Urbs Alma salutatur desideratissimos. Si enim advenas, quocumque ardeant studio, maternis suscipit officiis, quanto potioribus vos excipiat Roma necesse est, quibus et venerandae antiquitatis religio, et cura penitus insidet romanae maiestatis gloriam pro viribus instaurandi?

Post Salonas ad litus Adriaticum, Tyrrheni maris ocellus, Petri civitas Vobis praesto est ad auxilium.

Veteres pandit basilicas, monumenta christianae fidei primaeva, sculpta signa, udo colore illitas, vel musivo nitentes opere icones, numismata, diplomata, codices, inscriptiones, antiqua liturgiae instrumenta, omnia Vobis aperit, ad severiorem artis criticae trutinam excutienda; coemeteria potissimum, christiano concreta sanguine, patefient.

Quinquagesimus iam annus dilabitur, ex quo vir nostrae disciplinae facile princeps, Ioannes Baptista De Rossi, divinatione propemodum Columbiana, coemeterium Callisti repertum, egressit. Exhinc, novum circumundique effuso iubare, Domitillae, Hippolyti, Ciriacae, Valentini, Priscillae, Felicitatis, Ostrianum, ut cetera praeteream, coemeteria prodierunt, eorumque thesauros *Roma subterranea*, opus aeterna dignum memoria, collegit, peregrinaque doctrina adornavit. Sed quantum adhuc ad metam spatium emetiendum supersit, post aedes Ioannis et Pauli ad Coelium erutas, Petri et Marcellini ad viam Labicanam nuperius effossum cubiculum, perspicue demonstrat. Vos itaque ad nova coepta opperimur, viri praestantissimi, Vobis inter laborem innitimur, consilium romanis sodalibus, operam, experientiam, tanquam symbola ad agapen, collaturis. Mutua, ex mutuato penso, prodibit utilitas: nos vernaculas proferemus opes, vos doctrinam suppedabit, operosius exultam. Una interim sit mens, unus adspiret animus. Arridet, lactaque omnia precatur nobis munificus bonarum artium Parens atque studiorum LEO XIII, quo hospite honestamur.

Sinite modo, amplissimi viri, iam nos a primo coetus limine auspiciari, fore ut alter christianae Archaeologiae conventus, ad vetera monumenta penitius investiganda, ad scientiae consecraria amplius educenda, ad futura demum nostrae disciplinae incrementa cedat fausta feliciter.

L. M. Card. PAROCCHI.

(1) Quod Emus. Vir, Patronus Urbani conventus qui fuit de Christiana Antiquitate; pro sua benignitate concesserit, ut aditalis oratio a se habita apud nos vulgaretur, *Vox Urbis* grates refert.

## KALENDIS MAIIS DE PROLETARIIS

TRIGESIMUM iam paene numeramus annum ex quo, Gallorum Germanorumque bello confecto, innumerae utriusque militiae copiae singulas Europae gentes vectigali superimposito oppressere. Exinde quae diu in plebium sinu latuerant doctrinae pessimae ad humani consortii exitium una convenerunt, Americam Europamque omnem pervadere aggressae sunt, et humanitatem hanc nostram, quaevis denique illa fuerit, delere.

At si cui forte vel miser ortus, vel fortunae iniqua conversio deteriore vitae conditionem paravisset, una haec proposita consolatio est falsaque spes, doctrinas huiusmodi cuius civitatum morbo tuto posse mederi. Cuius rei annuam veluti memoriam statuere placuit sollemnibus feriis, in Maias kalendas indictis, quae illius potissimum factionis essent propriae, cui acrius laborum contigit onus, doloris vero levamen aut irritum, aut nullum.

Qua quidem die remeante, etsi humanitatis civilisque progressus commoda et crescere in dies et apud inferiores vulgari videamus, nil impedit quominus insanientis huius exercitus agmina longe lateque aucta atque magis densa in feriales campos publice quasi in aciem descendant.

Coguntur manipuli ex agris atque officinis numero paene infinito, nomenque ordini recens est assumptum veluti nonnisi ad prolem multiplicandam idoneo, unique huic negotio apto, ut labore suo servorum multitudinem ditioribus comparet.

Et ex agris quidem media, quam dicimus, aetate declinante, agricolarum legiones ad urbium moenia compulsae sunt, quique fuerant olim veteres coloni atque firma pace suum effoderant solum, vel secedere vel servire coacti. Diripuerunt enim omnia optimates ferreique dynastae, qui munitis in oppidis con-sedentes, in fertiles circum terras comitatu armis instructo exire soliti, quidquid agricolae aravissent, vel congressissent sibi addicebant. Haec in Germania, in Anglia, in Russia, in America iterata, atque alibi luteranae doctrinae placita vel praevaluerunt, vel aliquantulum recepta sunt.

Opifices qui officinis adlaborabant similia persensere: collegiorum vincula et iura quae ipsos prae omnibus tuebantur, Carolo I Germaniam et Henrico IV Galliam regentibus, imminuta paullatim atque circumscripta viderunt, deinde vero fracta omnia, atque ad ultimum deleta, bonaque communia quotquot sibi congresserant direpta, seseque hoc modo in malam pauperiem per fas et nefas deiecerunt.

Ad ultimum utraque ex parte tum maximis, quas nos videmus, terris uni tantum domino subiectis, tum officinis titanico ausu constitutis, factum est ut operariorum vita nonnisi conducta opera iam sustentetur, atque cohortes innumerae in egestatis discrimen quotidie adducantur. Huiusmodi, mehercle, est iter XVI saeculo initum, quod Europae nationes perse-

quatae sunt, et multiplicata commercia et maritimae terrestresque viae novae semper repertae, apertissimum iis reddiderunt et miserimum.

Inde autem tum agricolae tum urbanae pauperum copiae, historiae fati hinc et inde prementibus, in unum cogere contendunt exercitum numero infinitum, viribus terribilem; ac pervagantur iam, illae per suburbia, hae contra per urbium vias, oculis in omnium bona intentis anxiaeque cupiditate incensi, ut, quas aegritudines aerumnasque sunt passi, eas cruenta clade aliquando ulciscantur, atque dominorum bona inique congesta vel adhibita, suisque laboribus parta, ipsi diripiant et victoriae praemio conferant.

Profecto, annuas has ferias Maiis kalendis sollemnes nil aliud *εμπαινοιοι* esse voluerunt quam lustrationem aliquam et recensionem virium, quas circa operariorum vexilla delabentes anni auxerint.

Discrimini maximo obviam ire pro viribus cordato cuique par est munus, christiano vero ea simul obligatio impendit, quam evangelicae dilectionis praecpta ad rem constituunt. Nobis vero catholicae Ecclesiae filiis Pontifex ipse Leo, litteris quae *Rerum novarum* inscribuntur, eadem suasit, indeque mentium simul atque operum maxima alacritas orta, eos inter praecipue, quibus iuventutis integra aetas futura prospiciendi peculiare munus confert iuraque maxima addit.

Quare acerrimum nec unquam remissum bellum quod vel Belgarum, vel Gallorum, vel Germanorum patris faciales Christi Ecclesiae indixere, ut populos ab ea averterent immanemque hanc miserorum plebem post sua terga in novam servitutem traherent, animosa virtute committendum est, nec a remediis quibusvis admovendis, dummodo honesta sint, abstinendum.

Ingruit enim hora qua supremum hoc proelium agetur, saeculumque, quod iam novum exoritur, tantae pugnae exitus manet. Fatemur equidem, virtute prodigiorum invictum esse Deum, eiusque Ecclesiam servari; at nobis vicissim nihil negligendum, quod triumphum divinae legis implere valeat, verbaque iterum firmare coram gentibus: « Christus heri et hodie, ipse et in saecula ».

IOSEPH TONIOLLO.

## DE MANUUM LABORE INTER GENTES TUENDO

QUISQUIS societatis humanae mala eorumque remedia studiose recogitat, quae vel quot de operariorum labore hactenus cauta fuerint nonnunquam requisivit: est enim cuique prudenti viro vehemens hodie desiderium leges in hunc finem apud populos omnes sollicite conditas videre, quibus, innovato quasi novo gentium iure, operariorum conditio in melius immutetur. Atqui postremis hisce annis haud semel totis viribus procuratum est, ut huiusmodi desiderata adimplerentur. Agitata haec

primum sunt in comitiis a Wilhelmo imperatore Berolini a. 1890 coactis. Sed difficultates proposito consilio oppositae adeo graves ac multiplices visae sunt, ut nil constitutum fuerit quod iuvare operarias leges posset. Idem a. 1896 in Helveticis comitiis ad unguem evenit; quapropter anno post eodem coetus alter convenit, decrevitque legationem gentibus communem constituendam, quae operariorum iura tueretur. Similia Bruxellis, cum omnium artium recensio haberetur, in novis comitiis edita fuerunt, et paulo post Lovaniensis athenaei Brants doctor, ac politicae oeconomiae lector, libellum vulgavit hac de re eximium, quo et peracta iam et peragenda in posterum explanate disseruit.

Eugenius Motte, Gallus populi orator, catholicae fidei strenuus adsertor, copiis ditissimus, industriis artibus satis pollens, cuius sub patrocinio sex millia fere operariorum dant operam, Europae nationes omnes invitandas in comitiis proposuit, ut legatos Lutetiam ad artium recensionem, quae his diebus haberetur, mittant de nocturno opificum labore apte disceptaturos.

Helvetii et Germani plurimi interdum rei student, cum quidam Belgarum selecti viri rogationem de communi gentibus collegio constituendo protulerint, cuius esset munus rem studio simul atque opera provehi, delectis ab unaquaque gente legatis, qui propositas sibi quaestiones enodarent. Quamobrem Berlepsch, belgicus dynasta, cum Gallis viris dignitate praestantibus convenit, atque collegii operum iam impatiens, ipse conatus est aliquid solus perficere, legibus simul evulgatis, quae apud gentes omnes opificum condiciones moderantur.

Belgarum vero consilium Germani quoque laeti exceperunt, qui Berolini convenientes, de provehendis huiusmodi legibus multa insuper statuerunt, quamvis eos inter binas iam partes exstiterint, altera quae reipublicae curis pleraque committenda esse diiudicat, altera contra quae unum hoc procurat, ut leges protectioni aptiores quo magis liceat diffundantur.

Scribit enim Brants ille vir doctissimus, vasta mente, ut aliquid utile bonumque constituatur, procurari oportere, ne qui laborum libertatem tuentur nimis irati rem derelinquant; qui contra moderata magis opinione sunt, manum pariter ad opus conferant. Multi enim adhuc sunt qui reipublicae munera et iura erga operarios libenter fateantur, at publicum privatumque *socialismum* pariter horreant.

Hac igitur aequa lance collegio illo utendum est, ut opificum malis remedium afferri possit, et sollerti indagine, et conlatis doctorum studiis, et assidua rerum pertractatione leges pro operariis ferendae provehantur. Hoc ipsi praecipuum propriumque munus, quod cum recte expleverit, reipublicae operam et auxilium brevi forte experietur.

P. ROSSANI.

## EX GERMANIA

### De Borussiae Scientiae Academia.

CONVENIENTIBUS apud vos viris, quorum plures nostrates, uti inter se de agendis quoad christianas antiquitates consentiant, novumque habendum coetum constituent, ubi, quae decreta sunt nunc, ad exitum fauste perducta probentur - qui quidem coetus aliquid magnificentissimum portendere mihi videtur, cum religionis auspicio fere universi humani generis mentes eruditissimas et validissimas conatus ad unum idque optimum coniurantes

conciliet - opportunum existimo de illa, quae apud nos est Academia, verba facere, cuius alterum saeculum, solemnibus diebus indictis, nuper celebravimus.

Vos autem non latet duobus abhinc saeculis in Germania floruisse virum ingenio acerrimum, multiformi ac penitus omni eruditione imbutum, quo nemo excelsior, pauci pares tam diuturno annorum decursu ubique gentium reperti sunt, qui cum disciplinas omnes excoleret, ita in singulis excelsit, ut unamquamque ad verticem et culmen feliciter assequutus videretur. Leibnitium hunc latine vos dicitis, nos Germano hunc *Leibnitz* nomine designamus. Cum igitur hic optime perspexisset maximam esse mentibus vim, et hanc pulcherrima quaeque adepturam, si veluti doctissimorum virorum acies instruerentur, ac certis temporibus certisque diebus concilia haberentur, ad quae unusquisque sua deferens, tum delata sociis ostenderet, tum collata a sociis suo quoque Marte ventilaret, ita egit ut septentrionalis Europae principes urbes Academiam propriam, se auctore, singulae haberent, quae commentariis diariisque suis modo nova, modo splendida notarent, missisque ad ceteras iis ita haberentur, quasi eadem in urbe atque eodem in concilio ad commune omnibus bonum omnia et agitata et perspecta fuissent. Itaque Vindobonae, Dresdae, Petroburgi, satagente Leibnitio, Petroburgensis autem Academia viriliter Petro I, qui cognomento Magnus, adnitente, constitutae fuerunt; nulla autem ex iis tanto Leibnitii spiritu afflata, quanto Berolinensis, tantisque summi viri laboribus, curis, sollicitudinibus erecta est.

Qua tamen in persequenda et assequenda re (ante omnia veritas esto) gloriae Leibnitii particeps augusta mulier fuit Sophia Carola illa Hannoveriana, quam Fridericus I, Borussiae arbiter, matrimonio sibi devinxerat, nisi potius et insignis huius foeminae decus in ipsum Leibnitium clarius referatur; si enim praeceptor gloriam communicat cum discipulo suam, vel ipsius discipuli gloria praeceptoris suo communis est; Sophiae autem praeceptor Leibnitius fuerat, quem sapientissimo usa iudicio Sophia prae ceteris diligebat. Ipsa igitur ut magistri optimi consuetudine, colloquio, eruditione frueretur nupta, qua nubilis paterna in domo iucunde fruebatur, incumbebat alacrius in causam, qua magister Berolinum pro dignitate accerseretur ac degeret, non veluti unus ex aulicis, sed sapientiae dominatu splendidus, et quo par erat honore circumdatus. Non vero parvi hic labor momenti; nam in constituenda Academia, quae nomine, quae loco, quae principibus, quae demum Leibnitio digna esset, multae gravesque impensae erant, sive ad exstruendam sedem, aulam, palatium, sive in redditibus ex publico aulario decernendis, sive in ceteris pecuniis ad rem provehendam tum necessariis, tum opportunis. Fridericus contra temporibus morem gerebat, quae regiam aulam luxu aeterno, et festis quotidianis aerarium fere absumebant, praeter aurum, quod summo silentio et quasi in imis, nullo strepitu, ostentatione nulla, optime autem luxu festisque abdentibus omnia, ad victorias et incrementum Borussiae profunda Pallade comparabatur.

Suffragantibus et ad rem coniurantibus Cuneau et Jablonskio, ipso insuper postulante et rem exponente Leibnitio, et magnum esse regibus ac principibus decus in astronomia, in doctrinis quibusvis augendis demonstrante, ineunte anno 1700, a Friderico illo decretum est de constituenda Academia Berolinensi, et quam citissime constituenda.

Itaque factum est ut praesens annus et Berolinensis Academiae initio, et maxima Leibnitii gloria

insignis sit, iamque duo exacta notet ab hisce saecula, tertii saeculi bono alite ortum adducat.

At unde pecuniae pondus? Caverat hoc mens Leibnitii provida, qui bene norat ex aere publico nihil posse sperare. Decreto igitur nascenti Academiae tributum est, ut sola calendarium typis ederet, quo Borussi omnes uterentur, Gregoriano scilicet tunc temporis emendato et in Borussiam illato.

Iamque opus festinabat in ultima, cum duo repente adversa orta sunt; primum Sophiae obitus, dein Friderici, quo demortuo, Wilhelmus I summam regni obtinuit, bellator eximius, sed rudis et disciplinarum et artium optimarum negligens qui Academiam opportunam tantummodo medicis, quos chirurgos vocant, exercitui parandis rebarur, Leibnitium vero nec vigiliae militari idoneum asperrabatur. Aeterno perisse fato Berolinensis Academia visa est. Quinimo Leibnitius ipse stomachari, tardius ad singula ferri, demum Hannoveram redire. Numquid non haec sine consilio? Eo res pervenerat, ut Wilhelmus pro aedibus astronomicae speculae datis atque Academiae artis pictoriae, quasi conducticiae domus essent, pecuniae certum pondus sibi quotannis vindicabat.

Res ita diu processit, donec, Friderico Magno regnum occupante, nova lux, felixque dies Academiae illuxit, quasi nocte sublata. Hic enim et reditus perpetuos firmosque ex aere publico constituit, et normas, quibus regeretur, conscriptas voluit, ob signavitque annulo regio, et solemniter dedicavit die vigesimatertia Ianuarii mensis anno 1744.

Quas annorum notas qui respexerint, facile noscent qua de causa annus nuper elapsus 1894 quinquagesimum et centesimum annum a solemnibus dedicatione sacer fuerit, qua de causa praesens an. 1900 ab ipsa institutione non minore apparatu sit celebratum, iique omnes qui ad solemnia suam contulere operam - neque Itali defuerunt - iucundissime accepti fuerint, quippe ad gloriam et incrementum Germanicae rei, et doctrinae et artium optimarum orbis terrarum plausus et frequentiam attulerint.

Berolini, prid. id. Apr. MDCCC.

P. ALT.

## DE LINGVAE LATINAE NATURA AC PROPRIETATE<sup>(1)</sup>

De capitibus, quae reliqua sunt, caput dico tertium et quartum (nam capituli quinti satis est summam supra exposuisse), paucis rem absolvam, cum quae his capitibus continentur non proprie semper ad Romanos, sed in universos populos pertinere nonnumquam videantur; altero autem tractatur sermo Romanorum poeticus, altero plebeius. Prioris generis sunt ea, quae ad orationis pulchritudinem, perspicuitatem, naturae convenientiam licentiamque illam spectant, quam in poetis maiorem esse quam in oratoribus aequum est. Posteriore autem loco de iis disseritur, quae in sermone communi et vulgari ad verba commode expediteque efferenda, vel ad ea, quae populus vult quaeque sentit, plane et dilucide expromenda, vel denique ad ea significanda, quibus animus quodam modo afficitur ipsarumque tamquam rerum particeps fit, maioris esse momenti videntur. Ex quibus ea

(1) Cfr. an. III num. VII. Quo in numero haec emendentur: P. 49, v. 1-2 pro *et quae legatur et ea quae*. — Ibid. v. 15 pro *Scite enim, ait Weisius, legatur Scite enim ait Weisius*, i. e. tollatur prius signum commat. — Ibid. v. 21 pro *dis-crimen legatur dis-crimen*. — Ibid. v. 23 pro *animi vigori ac virilitati cet. legatur vigori ac virilitati aetatis iam tum adultae horum infantiam, siccitatem, ieiunitatem cet.* — Ibid. adn. 1, v. 5 pro *quid quisque vitat legatur quid quisque vitet*. — P. 50, col. 1, adn. 2, v. 1 pro *opusculo legatur opusculi*.

quae magis ligam.

Versus olim Fauni v. compertum versus adeo turae accom Romanum, mana quasi c exempli sint *κατὰ στίχον* stichis elegia pro dignitate Romani (ut summum essum numero intellegendum versibus quo Romanorum dactylorum *ria* (r), auger locantes molli ipsos, tamen poterant, ut haec adici ctylorum *spod.*  $\frac{1}{3}$ ; spond.:  $\frac{1}{3}$ ; ingenio et sermo lioresque, fere

Praeterea h. tis naturae non caesuram illam trochaica vel fe contra versus quae dicuntur caesuram semi in metris Lyri ratiis, numeror crusi syllabas p dam certisque vel asclepiadea

Cum autem dixisset Weisius sit et arceatur, rumque formis, videntur (2), de figuris, de trans disputavisset, et hac in re descri personarum ficti *πονοία* vocant, ipsum non parv stretur, Romano stincte separand nendas admodum Ex hisce qua elucet, quantoper artem rhetoricam buerint; qua in morer, nomino

(1) Qua in re qu adhiberint poetae tate floruerunt, prop p. 116 sqq. Hisce n dam vocabulis duplici bam brevem cadat, p « auricomans », « vel etiam ea capituli tert de vocalibus antiquis de verbis novatis).

(2) Cuius rei opti ipso, eius carmina cendi, comparantes.

quae magis ad rem conducant et haereant apte deligam.

Versus omnes Latinos, si eos exceperis « quos olim Fauni vatesque canebant », Graecae originis esse, compertum est exploratumque; sed tamen hi ipsi versus adeo sunt a poetis exculsi et Romanorum naturae accommodati, ut inde aliquid gentile et vere Romanum, non adventitium et peregrinum aut Romana quasi civitate donatum exstitisse videatur. Cuius exempli sint versus dactylici, imprimis hexametri, vel  $\kappa\alpha\tau\alpha\ \sigma\iota\chi\omicron\nu$  usurpati vel cum pentametris in distichis elegiacis coniuncti. Cum enim sermo Latinus pro dignitate, ut ita dicam, et gravitate ipsa populi Romani (ut inter omnis gentis ingenium et linguam summum esse consensum vidimus) magno spondeorum numero ac pondere distinguatur, facile est ad intellegendum, hanc tamquam notam peculiarem in versibus quoque dactylicis reperiri: nam etsi poetae Romanorum optimi illud enixe studuerunt, ut vel dactylorum numerum, quorum magna erat penuria (1), augentes, vel dactylos scite et concinne collocantes molliores redderent expeditioresque versus ipsos, tamen non id consecuti sunt nec consequi poterant, ut hac re Graecos merito provocarent. Nam, ut haec adiciam, hi fere sunt pro rata parte dactylorum spondeorumque numeri apud Romanos:  $\frac{2}{3}$ ; spond.:  $\frac{1}{3}$ ; dactyl.; quae ratio apud Graecos, et ingenio et sermone cum molliores tum alacriores agilioresque, fere est contraria:  $\frac{2}{3}$ ; dactyl.:  $\frac{1}{3}$ ; spond.

Praeterea hoc etiam haberi potest utriusque gentis naturae non parvum indicium, quod cum Graeci caesuram illam mollem suavemque praeferant, quae trochaica vel feminina vocatur et in thesi fit, Romani contra versuum incisiones illas firmas validasque, quae dicuntur viriles et arsi finiuntur, in primisque caesuram semiquinariam, ceteris anteferunt. Etiam in metris lyricis haec nota non deest, cum Horatius, numerorum perfectissimus artifex, et in anacrusi syllabas plerumque longas locet et in quibusdam certisque strophae vel sapphicae vel alcaicae vel asclepiadeae sedibus fere semper spondeos ponat.

Cum autem supremam pulchri legem hanc esse dixisset Weisius, ut profanum verborum vulgus odio sit et arceatur, cumque de nonnullis verbis verborumque formis, quae sermonis poetici propria esse videntur (2), de epithetis ornantibus, de tropis ac figuris, de translationibus, de comparationibus, cet., disputavisset, et utriusque linguae, Graecae et Latinae, hac in re discrimina statuisset, non inepte ait, in personarum fictionibus, quas proprio nomine  $\pi\rho\sigma\omega\pi\omicron\tau\omicron\upsilon\zeta$  vocant, Graecis praestitisse Romanos: quod ipsum non parvum esse documentum, quo demonstratur, Romanorum ingenia ad res cogitatione distincte separandas et tamquam ante oculos proponendas admodum proclivia fuisse.

Ex hisce quae attuli, quamquam plura omisi, satis elucet, quantopere Romani natura ipsa ac disciplina ad artem rhetoricam aptos se et accommodatos prae-buerint; qua in re satis nota ne iusto longius immerer, nomino verbi causa Vergilium, cuius opera

(1) Qua in re quae praecipua artificia excogitaverint atque adhibuerint poetae Romanorum praestantissimi, qui Augusti aetate floruerunt, proprie demonstrare studui op. adl. *De eleg.* p. 116 sqq. Hisce nunc ex Weisio aliud addo, quod in quibusdam vocabulis duplicandis cernitur, quorum prior pars in syllabam brevem cadat, posterior a brevi incipiat, ut « magniloquus », « auricomans », « velivolans » vel « velivolus », cet. (de hac re etiam ea capituli tertii parte optime disputat Weisius, ubi, cum de vocabulis antiquis et obsoletis locutus sit, sermonem instituit de verbis novatis).

(2) Cuius rei optima nobis capimus documenta ex Horatio ipso, eius carmina cum satiris et epistulis, quod ad genus dicendi, comparantes.

media quam dicunt aetate quam fuerint in usu scholarum ad praecepta quoque artis grammaticae et rhetoricae pueris tradenda, cum ex aliis comperimus tum optime docemur, praeter alia, praeclaro Dominici Comparetti libro, qui inscribitur: *Virgilio nel medio evo* (1).

Cum autem scite vereque scribat Weisius, in interrogationibus rhetoricis atque in apostrophes usu primas partes tribuendas esse Propertio, in figura quae dicitur  $\alpha\pi\theta\ \kappa\alpha\iota\ \nu\omicron\delta\ \text{Horatium}$ , in figura  $\epsilon\nu\ \delta\iota\alpha\ \delta\upsilon\sigma\iota\nu$  Vergilium principatum tenere, in sententiarum concinna divisione et gradatione Tibullum, in adnominationibus verborumque lusibus Ovidium primarium sibi locum vindicare, id timeo ut concedere possim Weisio, cum dicat, Propertium principem illud artificium invenisse quo fit, ut singulae quaeque sententiae singulis quibusque pentametris finiuntur; namque hanc tamquam pulchri elegantiaeque legem distichi Latini, eius naturae admodum convenientem, quam saepe violavit aut, ut rectius dicam, animo non sensit Catullus, omnium princeps invenit et diligentissime servavit Tibullus, eumque secutus Ovidius, cum Propertium eam nonnumquam migrasse dicendum sit: quod et plerique adsentiuntur et ipse, locis et numeris; qui non sunt in hominum opinionibus positi, adlatis, alibi demonstrare studui (2).

Etiam in verbis collocandis poetae plus libertatis iure concedi quam oratori, facile intellegitur: qua in re maxime artificium illud laudandum est, quo cum in aliis numeris tum in distichis elegiacis, maximeque in pentametris, mirum quantum delectamur, ut prior hemistichii pars adiectivo, posterior substantivo, cui id ipsum attribuitur, plerumque concludatur; quae res quam esset concinna artisque plena, ipse disserui op. adl. p. 144 sqq.

(Ad proximum numerum).

PETRUS RASI.

### SOCIUS PECULIARI DONO ORNATUS

Quemadmodum in superiore numero monuimus, sacro Paschalis Resurrectionis die sorti commissum est peculiare donum sociis nostris oblatum, *theca aurea pulveri nicotiano asservando*, qua SS. D. Pius PP. IX utebatur. Conlatis igitur motisque in urna omnium nominibus, chartula educta est, in qua haec legimus:

G. LANGENBERG

Præses des von Galenschen Convictes

(GERMANIA)

MUNSTER i. W.

Petimus nunc a viro clarissimo ut nobis indicet modum quo tutissime ad eum pulcrum praemium mittamus, eique vehementer gratulamur.

Vox Urbis.

### VETERUM NAVIGIA

ILVA in insula, ad Etruriae litora, abhinc triginta annos, plurimas inter sagittas, bipennes, cultros et cuspides lapideos *lapidea aetate* insculptos, utensilia quaedam manufacta iacebant ex crystallo, cuius nullibi per insulam fodina aut vena exstat.

Eadem paulo post Planosae proximo in litore contigerunt, ita plane ut arguendum fuerit, vel antiquissima illa aetate homines ratibus exstructis marinos fluctus iam aliquantulum persulcare fuisse expertos. Harum forte, quae hactenus vetustae magis innotuerunt, tres scaphae sunt in urbe Daniae capite

(1) Hic liber, iam tum rarissimus factus, cuius editio altera a viro doctis non exspectabatur solum, sed etiam postulabatur, iterum tandem emissus est Florentiae anno 1896. (Nullam huius libri mentionem fecisse Weisium, p. 162 adn. 51, qui erat locus peropportunos, eo gravius est ferendum, quod opus praestantissimum iam pridem Germanice conversum, Lipsiae anno 1875, H. Duetschkius in suos vulgaverat).

(2) Op. adl. *De eleg.* cet. p. 81 sqq., 113, 170 sqq.

asservatae, ex quercuum truncis vix excavatis, nullo in spondis remorum fulcro.

Quot vero putas effluxisse saecula antequam, rudioribus his inventis repudiatis, Boeoti naves illas construxerint, quas passim Homerus memorat? Hae et singulari arbore in media nave defixa muniebantur, distentis hinc inde chordis, prorae et puppi alligata, veloque instructa, quarum remiges aptis transtris insedebant, et remi mobili fune retinebantur.

Erythraeam qui primi incoluisse dicuntur, biremes postea invenerunt, quos secutus deinde Corinthius Aminocles anno septingentesimo ante Christum natum, novo remorum ordine superimposito, trirèmes exstruxit. His autem paulatim Samnites, Siculi reges et Corcyrenses usi sunt, qui Cambyse et Cyro Persarum regibus, maximis illis maiorum navibus iam fruebantur. At Ionii planas easque latissimas rates adhuc adhibebant, et Pheaces bellicas naves conscendebant exiles sane, sed in longitudinem maxime productas, quae hinc et inde quinquaginta remis pollentes, quinquagenariae appellabantur.

Hae vero rostro acutissimo communitae tantaeque remorum vi impulsae terribiles hostibus apparebant; quam quidem offensionis vim tunc maxime auctam sibi senserunt, cum nautae Thasio ex insula nati, prorae et puppibus lignea tegumenta superimponentes, tutum veluti castrum eas reddiderunt, ex quo et ballistis et quibusvis tormentis hinc et inde pugnare liceret.

Attamen multo post, quarto circiter a. C. saeculo, primas multis remorum ordinibus naves a Graecis paratas internum hoc mare vidit in fluctus compulsas, quarum deinde maximam putant Ptolemaei Philopatoris Aegyptiorum regis, duo et viginti brachiorum altitudine, remorum ordinibus alius super alium quadraginta, quos remiges quatuor millia numero agebant.


Tum vero Graecorum, tum Romanorum naves, prorae figuris et signis decoram gestabant, et auro saepe rutilantem et floridis coronis contextam. His autem suberat abdita veluti scorpionis cauda, ferream calcar, quod arietis forma plerumque insculptum, et trabi rigide confixum, in hostium latera citissimo cursu impellebant, ut ea disiceret. Hoc autem, quo ex chalibe parato hodierna etiam loricata navigia utuntur, Pisaicus tyrannus primus invenit. Prorae ducem « prorotam » appellabant; nauta ligneo plerumque tecto munitus consedebat in puppi.

At remi aptis foraminibus in utraque parte per latera ordine perfectis erant innexi, quorum trirèmes septuaginta supra centum plerumque numerabant, quinqueremes vero tercentos aut quadringentos, singulis ad quinque usque mensurarum longitudinem productis. Funibus, tormentis, scalis ligneis, catenis, anchoris iisque similibus et ipsae muniebantur, et gubernaculo erant instructae, prout in hodiernis videmus. Malum vero vix unum vetustiores trirèmes habebant, quo deinde geminato, bina pariter vela uterque gestavit.

Turres, et rostra Romani addiderunt, quibus, veluti adunco ponte, Duilium consulem punicas naves retinuisse notum est, ut in eas ad terrestrem veluti pugnam legiones districto gladio immitteret.

Erant denique, prout et hodie servatur, veterum navibus nomina apposita, quae Graeci plerumque muliebria deligebant, aut ad auspiciam  $\Sigma\omega\zeta\delta\sigma\alpha$ , (servatrix)  $\text{Ἡγερωνία}$ , (imperium), aut ad mulierum celeberrimarum memoriam, veluti Nausicae illius Pheacium regis filiae, quam diuturnum Ulyxis iter solatam esse Homerus suavissime enarrat.

A. COSTAGGINI.



Napoleon (ANT. CANOVA sculpsit).

ALEXANDRI MANZONII CARMEN  
INSCRIPTUM IL CINQUE MAGGIO

Iam fuit, utque stetit cum vitae efflaverat auras  
Immemor, immotum, corpus inane viri;  
Sic percussa stetit tellus rumore, siletque  
Fatales reputans fata suprema ducis;  
Nescia mortalis pes an vestigia rursus  
Tanta suo figet pulvere sanguineo.  
Conticuit aspiciens illum fulgere coruscum,  
In solio et nullas usque subire vires:  
Cum cecidit, rursusque stetit rursusque ruebat,  
Mille inter voces vox mea conticuit.  
Venales nunquam laudes nec probra secutus  
Ignava, hoc subito conditur in tenebris  
Dum tantum iubar, excutior, supraque sepulcrum  
Carmina ego forsitan non moritura cano.  
Alpe ad Pyramides, hispano ab flumine ad undas  
Rheni, persequitur fulgura fulmen iens.  
A Scylla ad Tanain, geminumque hinc inde per aequor  
Intonat: ast homini gloria vera fuit?  
Ardua postgenitis tantarum arbitria rerum:  
Nos decet ante Deum tangere fronte solum.  
Namque impressa animis hunc summus signa Creator  
Virtutis voluit maxima ferre suae.  
Turbida consilii et trepidantia gaudia magni,  
Curamque indocilis qui sibi sceptrum petit,  
Fervidus atque tenet; quaeque affectare cupido  
Visa est dementis, praemia consequitur,  
Cuncta subit: laudem quae per discrimina crescit,  
Versaque terga fugae, victaque bella manu:  
Sceptrum atque exilium moerens; in pulvere rursus  
Stratus humi, rursus sidera celsa petit.  
Nominem se prodit, submissa et saecula fronte  
Bina in certamen iam ruitura ferunt,  
Illum inspererunt fatum expectantia; voces  
Hic premit, et index inter utrumque sedet.

Labitur, angusto seplusque in limite, vitae  
Clara suae tandem tempora clausit iners.  
Multa illum invidia insequitur pietasque profunda,  
Immortale odium, non superandus amor.  
Aequore ceu supra mersum sese aggerat unda,  
Atque infelicem pondere densa premit;  
Fluctibus e mediis qui intento lumine nuper  
Lustrabat quaerens non adeunda loca;  
Illius in mentem quas olim gesserat, ingens  
Sic rerum moles accumulata redit.  
Narrare o quoties sese est aggressus in aevum!  
Tantaque narrantis lassa manus cecidit!  
Dum loca cuncta silent, casura diesque moralur,  
Fulminea o quoties lumina fixus humi  
Restitit, et sinui cum brachia conseruisset,  
Temporis exacti tum subire dies.  
Castraque mola locis, subitum fulgurque manipulum,  
Fractaque valla armis, undaque quadrupedum  
Huic subeunt, subeunt ductorum concita iussa,  
Imperia et celeres ad facienda viri.  
Heu! forsitan tanto commotus corde tumultu  
Deficit, atque omnis spes fugit ex animo.  
Dextera sed valida e summo descendit, et illum  
Purius in coelum commiserata trahit.  
Perque spei calles conspersos flore, perennes  
Illius ad campos dirigit ipsa pedem.  
Ut quae vola hominum superant, sibi praemia ferret,  
Hic ubi sub tenebris gloria lapsa silet.  
Pulcra, benigna Fides, nunquam peritura, triumphans,  
Hoc quoque scribe memor, laetitiaque gere.  
Nam magis sublimis probroso Golgothae honores  
Ligno vir nunquam detulit ullus adhuc.  
Omnia tu cinere a fesso mala verba repelle;  
Providus ille Deus qui premit atque levat,  
Qui cruciat, miseris et qui solatia praebet,  
Hunc prope desertos adstulit ad cubitus.

Ex scriptis MAURI RICCI.

## TEXTURA ELECTRICA AC TELETTROSCOPIUM

QUID prima? Quid alterum? Breviter exponam, cogamque sermonem ad rem aperiendam novam, et cunctis haud certe exaudiam Celbegis.

Qui tapetibus operam instruendis navabant, uti pavimenti, vel parietibus aularum regalium ornamento essent mirabilibus picturis lana, vel filo serico ductis, sex vel octo menses impendere in improbum solebant opus, quo imagines picturae propositae in fila deducerent, deinde opere manuum sericis, laneisve compleverent. Hoc nuperrimo invento res eo processit, ut omne opus hoc hora tantummodo, vel etiam breviori tempore absolvatur.

Res in photographis est. Quaevis imago, exemplar quodvis refertur in chartam lucis actioni obnoxiam, lucisque pondus, ut ita dicam, sentientem, quam crystallinae tabulae (*rasters, lastre*) in plurima quadrata dividunt, distribuuntque, disponuntque prout simul et picturae opportunitas et natura tapetis exposulat.

Haec filis addicitur, per quae adigenda sunt lanea vel serica fila illa, quibus constabit imago. Patet nihil superesse ad opus quam haec fila rite colorata interponere, quod cuius facile factum est; non enim arte, non pictoria sapientia opus est, sed est opus oculis, quo color colorum compar apponatur, sericum aut laneum filum cum colore chartae concordet.

Scitus rei vir existimavit inventum hoc eo valere, ut industria textilium quotannis quingentis centena millia libellarum in aerario servet suo - tot enim antea in deducendis super fila figuris picturis persolvebantur - et quae insuper quotannis complebantur exiguo numero, nunc effuso compleantur, ea proportione uti habetur nota 8 ad 1920. Quapropter quae Societas antea tantum 8 venalia huiusmodi quotannis habebat, nunc 1920 venalia facillime habeat, et quae millia argentea in singulis lucranda sperabat, nunc millia haec non octies, sed millies noningentis ac vicies consequuturam se speret.

Quo factum erit, ut minoris illa vendantur, si principium rei optime gerendae sit illud Catonianum, quo paterfamilias eo ditior sit quo minus emax, quo magis suorum fructuum venditor esse possit.

Haec proculdubio. Sed quonam facto, et undenam ad ista devenimus?

Etiam hoc enarrare placet, et forsitan proderit; apparet enim ingeniis optimis adversa fortuna, eaque adnixa in opprimenda saepissime optima quaeque indole, quae quidem explenderent atque non leve incrementum publicis privatisque rebus afferrent, si benevolos viros et opitulantes obvios haberent, iuxta illud poetae:

*Da Moecenates, edent tibi rura Marones.*

Iohannem Szczepanick, elementaris lectionis magistrum pueris Krosno in regione Galloecia Austriaca, quisnam unquam audiverat? Septem et viginti annos natus in magisterium incumbebat humili in pago, multa paupertate tolerans, et fortassis etiam plura ex contemptu, quo ludi magistrum apud nonnullos rusticos plerumque habentur. Hic, si qua temporis otia essent, multa legere solebat, et ea potissimum, quae Iulius Verne divinatorio ingenio praedicens uti facta enarrat in fabulis suis. Tunc homini illuxit aliquid possibile esse, si electricum adhiberet ad opus quoddam eximium; praecipue si ad auxilium lucis hanc advocaret, ut ipsa telescopia vi electrica aliquando munita profundius omne intersiderale spatium scrutarentur ac dimetirentur.

Aliquid propius attigisse credens, quae assequutus erat publicae rei moderatori manifestavit. Vindobonam accersitus duos ibi menses consumpsit inops, inutilibus verbis hic illic acceptis, multa labore, frigore, fame perpeusus.

Itaque vacuus rus iterum petit pueros edocturus ut antea. Sed quidam Ludovicus Kleinberg, qui de magistro hoc audierat, deque iis quae pollicebatur, hominem ad se vocavit, secumque Vindobonae voluit, atque, ipso indicante, plures confecit machinas ad texturam electricam, de qua superius diximus. Verum haec, nescio quo fato, male aut minime coeptis respondebant, impares faciendis, paene exhaustis Ludovicum, qui pecuniam

praestabat tunc societate ac electricam et socios e

Huius a quod photo habetur, du bicularis in dum tabul cam, ocula gram. pon ctis et quo millia singu gula minus

Hisce i lucis radiis pingente lu tiens operis piet, mox su tapetis rite

Cetera u mus fient.

Nunc ve telettroscopii

At quae tele tingunt, lon sunt iis, qu textura nar

Uti pat machina es ciendum si quod non longo spati (hoc enim nora telesco sed quod ab positis corp quae dicitur non sit. V oculo ad el diis rectis, li rem aspici adhibito sp hac in con illud redit, u inter oculu imaginem tatae.

Telettroscopii ita; na graphia et el omnis imago conglobatio rabilium ab inter se sep mabili adve patet imagin instrumentum donaverit. A telettroscopii

Ideo qu

videndi ima

illos innum

tendi separa

par sit atqu

est ut visio

propriaque

Itaque p

domi Klein

radios daret

(Karlsplatz)

electricae r

construxera

opem laturu

Duo pas

electricam

peditabantur

SCOPIUM

ponam, co-

am novam,

at, uti pavi-

amento es-

ductis, sex

ebant opus,

deducerent,

lerent. Hoc

e opus hoc

absolvatur.

o, exemplar

noxiam, lu-

quam cry-

a quadrata

t simul et

ulat.

nt lanea vel

et nihil su-

interponere,

non pictoria

color colori

cum colore

o valere, ut

na millia li-

ntea in de-

lvebantur -

exiguo nu-

one uti ha-

cietas antea

, nunc 1920

ntea in sin-

octies, sed

n se speret.

ur, si prin-

ianum, quo

quo magis

ndenam ad

roderit; ap-

que adnixa

ndole, quae

crementum

os viros et

e:

s.

magistrum

a, quisnam

atus in ma-

paupertate

u, quo ludī

habentur.

lebat, et ea

enio prae-

homini il-

hiberet ad

ilium lucis

aliquando

scrutaren-

quutus erat

bonam ac-

inutilibus

fame per-

octorus ut

de magi-

hominem

atque, ipso

m electri-

escio quo

mpares fa-

pecuniam

praestabat ut conderentur. Germanus quidam architectus tunc societatem cum ambobus constituit, et, huius assiduitate ac diligentia, ea denique machina ad texturam electricam confecta est, quae flumine aureo inventorem et socios eius ditabit.

Huius autem artificium ita est. Conclave obscurum, quod photographi *cameram* dicunt, bis mille chilogr. pondo habetur, ductile ad spatium metr. 6,10. Crystallus orbicularis in lentis morem confecta diametro patet 0,125, dum tabulae crystallinae subiectivae, atque, ut ita dicam, *oculares (rasters)* lastrae metr. q. 1,44 patent, chilogram. pondo 29,44 singulae. Hae autem, lineis superductis et quodammodo sulcantibus, in quadrata octingenta millia singulae pariter dividuntur, vel in totidem rectangularia minuscula, si operis conficiendi id ratio postulet.

Hiscie ita dispositis, omnis labor est in subiiciendo lucis radiis exemplari, quod coloribus exaratum propriis, pingente luce, charta patiens operis et fidelis excipiet, mox super distensa fila tapetis rite apponenda.

Cetera uti iam exposuimus fient.

Nunc vero ad ea quae *teletroscopii* sunt, veniamus. At quae teletroscopium attingunt, longe simpliciora sunt iis, quae de electrica textura narravimus.

Uti patet ex nomine, machina est qua perspicendum sit uti praesens quod non modo divisum longo spatio a nobis est (hoc enim maiora et minora telescopia praestant), sed quod abest ita ut, interpositis corporibus, *linea*, quae dicitur *visualis*, libera non sit. Visus enim de oculo ad rem habetur radiis rectis, libero spatio sive rem aspicias ipsam, sive adhibito speculo, quippe hac in conditione semper illud redit, ut via libera sit inter oculum videntis et imaginem rei repraesentatae.

Teletroscopio res non agitur ita; nam felicem quamdam societatem ineuntes photographia et electricides in unum amice coniurant. Quum enim omnis imago, quae *retinam* oculi afficit, nihil aliud sit quam conglobatio quaedam indefinita punctorum fere innumerabilium ab obiecto in oculos dimissorum, quae puncta, inter se separata ac diversa, momento temporis inextimabili adveniunt simul fusa in oculum, at non confusa, patet imaginem integram rei offerri posse si datum fuerit *instrumentum*, quod celeritate mirabili puncta illa retinae donaverit. Atque hoc novi instrumenti huius, quod vocare teletroscopium placuit, est penitus argumentum.


Ideo quum Szezepanick noster modum invenerit dividendi imaginem photographica crystallo fictam in illos innumerabiles radios, quibus constat, atque eos mittendi separatim ad videntem tali celeritate, qualis oculo par sit atque opportuna ut ex integro appareat, necesse est ut visio remotae et semotae rei proprio luceat nitore, propriaque integritate fruatur.

Itaque pars machinae, quae demissos reciperet radios, domi Kleinberg posita fuit ac telephono proxima; quae radios daret coram templo, quod eminet in foro Karoli (*Karlsplatz*), auctore ipso satagente stabat, cui peritus electricae rei vir, idem qui singula ad experimentum construxerat, docta et iuvante Pallade manuque adstabat opem iaturus.

Duo passuum millia locus a loco aberat; fila, quae electricam vim traducerent, ex telephono quaesita supeditabantur. Res acta est. Transferente electricide ac alis

festinante suis, imago apparuit in tabula vitrea, non tamen ad unguem expolita uti in photographiis, quae in conclavi conficiuntur. Res nihilominus eo valebat, ut ostenderet viam hanc esse quidem; exiguis aequandum stratum laboribus erat super. Facillimum autem inventis addere et inventa perficere; modus enim perficiendi unice in photographia, potiusquam in deducendis auxilio electricides versabatur. Alacres incubuere in rem perficiendam auctor et socii, et uti nunc sumus, res eo deducta est, ut omne punctum nonnullis abhinc mensibus tulerit.

Cur igitur communes non invaluit in usus?.. Quia Galli, novum suspicati adinventum, omnes praeoccupaverunt aditus ne res effunderetur, antequam primo spectabilis esset in illa expositione et ostensione mirabilium operum, quae Parisiis nunc habetur, idque cautum est pretio magno, multa quae indicta auctori, qui, nisi fidem praestiterit, damnas erit decies centenis millibus libella-



Aula magna Pont. Seminarii Romani in qua doctores Christianae Antiquitatis congregati sunt.

rum; si, quae spondit, bona praestiterit fide, vicies centenis millibus libellarum ditabitur.

Iamque ad rem ostendam aula parata est ingens Lutetiae, quae octo aut decem hominum millia capiat, qui homines illic et congregati et inclusi procellam furiantem in fluctibus, exercitationes militum fictaque proelia, tritem in mare primum dimissam, frequentiam fori ita conspicient, ac si locis adsint. Quid ultra? Addito phonographo auscultabunt undarum strepitum, sibilantes per aëra aquilones, contonantium pyrobalarum ignibus immixtas voces, imperia ducum, classiarum populique plausus, rumores gentium.

Hic autem quidam: At haec tantum in proximo vera erunt; quid si vastissimis haec spatiis interiectis agantur? — Proculdubio res est. Nam hactenus adhibita experimenta testantur idem esse duo passuum millia ac sexaginta chilometra. Electricides ac lucis eadem penna, eadem vis, et inita semel societas inter geminas firma quovis intervallo manebit.

Quapropter qui Parisiis *aulam teletroscopii* adibunt, suis e sedibus omnia prospicere poterint quae tota peraguntur in Gallia, si omnis Gallica tellus filorum rete compleatur, quibus regionis et civitatis cuiusvis singulae partes in aula illa, *teletroscopio* faciente, visibiles sint.

Rem plane mirabilem et fortasse haud credibilem enarramus. At res in factis est, oculisque credere propriis necesse erit.

M. LANI.

AUDITUS ET MUSICE

AURIUM sensum, quippe qui hominum conversationi inservit, necessarium Hyrtlus scripsit atque suffectui difficillimum: imo et cum humanae vitae ratione, eruditione et progressu arctioribus nodis colligatum.

Mundi namque res, quae nos circum versantur, aurium virtute directe percipimus, sonitus undas quae e vibranti corpore manant animo recipientes.

Dulcis sonitus puram voluptatem, etsi quisque eo vehementius ipsam percipiat quo aurium aciem exquisitiorem, paratoremque spiritum habeat et variis motibus magis promptum, omnes tamen longe diutius ferre quam ceterorum sensuum oblectamenta possumus.

Hac autem virtute efficitur ut voluptatum huius sensus copias quam maximas haurire absque labore vel detrimento valetudinis nobis liceat, quod longe aliter in ce-

teris sensibus assolet. Sic Heghelium admonentem audimus auribus nos vibrantes musices concordias capere, atque intimum corporum fremitum ad animum iis tantum transmittere posse; sonus quippe externus accidens est, quo transmissio, interna forma exurgit. Visibile enim medium ipse derelinquit atque externam tibiurum vel cithararum figuram; animus vibrantem undam carpit, in ea immediate et unice delectatur, ea commovetur funditus, et ad opera, ad agenda quaevis potenter incitatur.

Vim et chordam movendi canticis et musices tributam omni aetate homines persenserunt, neque vates ferme, neque philosophi, aut naturae studiosissimi viri, alio ullo verbo mundi magnitudinem, ordinem, pulcritudinem sese exprimere posse censuerunt, quam cum dicerent *harmoniam*.

Aves ver novum cantantes, foliarum fremitus, ri-

vuli murmur, procellae fragor, fulguris strepitus, belluarum ululatus forte primi sonitus fuerunt, quibus homo aditum naturae vocem persensit, quaeque imitatus est cum, rudi adhuc lingua usus, internis animi motibus patefaciendis studuit.

Cantus enim quasi sermo animae altissimus habendus, quo toties intimos sensus exprimimus quoties adeo vehementes illos erumpere sentimus, ut nulla iam verba ad ea exprimenda satis videantur. Hoc servari etiam ab inferioribus animantibus conspiciamus, quae inopinatis eventibus percussa, rei sensus voce plus vel minus grata eliciunt.

Homines nos gaudia maxima pariterque dolores cantu effundimus: ipso in gemitu mensura quaedam intima inest, ita ut a veritate non longe aberrare sit putandum quod de Pergolesio Italo illo symphonico tradunt, ipsum *Stabat Mater* hymni musicas notas ex acerbis matris cuiusdam singultibus ad nati patibulum deprompsisse.

Quae quidem iam antiquitus maiores animadverterunt. Orpheum enim lyra canentem novimus omnes tartarea regna transisse incolumem et trigemini canis placasse latratus; Arionem delphinos cithara ludentem post sese traxisse; Amphionem Thebana excitasse moenia, quorum saxa dulcissimo cantu permota ad suum quaeque locum sponte congererentur; et Sirenium blandienti voce peremptos nautas, et Saul regis iras David ludentem lyra sedasse; Timotheum tibia canentem Alexandrum ad bella movisse vel ad pacem flexisse, et Cleopatrae navem re-

migiis actam, quorum impulsu tibia et cithara et avena suo rhythmo moderarentur. Aegyptii sic Graecique musices sonitus religioni sociantes hanc consuetudinem Romanis tradiderunt. Christiani deinde cantu et psalmis barbarorum animos permulcere coeperunt, et byzantinis hymnis factum esse tradunt, ut primi Slavoniae populi sese ad Christum converterent. Philippus Iberiae rex V tunc tantum tristibus curis liberari dicebatur, cum Farinellium dulcia canentem audiret. Donizettium animam agentem Robinius unus expergefacerere postremo potuit, *Luciae*, musici operis ab auctore exarati, melodem quamdam illi canens. Mozart pariter morti proximus filiam obsecravit ut cantunculam diceret, quam potissime adamaverat.

Sed et necesse, et crimina, et dolores innumeros cantus et harmonia quoque praepedierunt.

Musice enim et cantus constanter atque similiter semper animum afficiunt quoties percipiendi sensus exquisita homines facultate praediti sunt, unde gaudium vel tristitia, virtus vel metus, fiducia vel depressio, alacritas vel inertia in audientibus pariter gignuntur. Quare artis huius magistri, musicen veluti puram sensuum expressionem concordantes affirmant. Attamen ne haec quidem ars intentos medicorum oculos effugit, qui diutissime studiis operam dejerunt, multaque reperierunt de quibus alias dicemus, eos praecipue considerantes effectus, quos in hodierna hominum societate musice provocat, atque in singulis hominibus.

R. SPINA.

## POLYPI IMMANES

**H**ORRENDUM illud monstrum quocum in commenticia Victoris Hugo fabula ab aequoreis operariis inscripta nauta quidem teterrimum proelium committit, summo terrore lectorum animos afficere solet. Ea enim quae tanta artis peritia efficta perlegisse contigerit oblivione rarissimum est obnubilare. At non viva ingenii vi partum, sed ipsis oculis subiectum portentum *Alecton* gallici navigii nautae nuper experti sunt. Sabin Berthelot, qui Tenerifa in insula Gallicam legationem gerit, novissimi monstri nuntius fuit, scripta ad Moquin Tandon epistola in academia disciplinarum publice perlegenda. Cuius quidem epistolae haec erant summa: Novembris mensis die se-

cunda superiore anno *Alecton* navis, cui Bouyer praeerat, Tenerifensem portum attigit, ex quo deinde Americam versus iter est prosequuta. Huic igitur, cum Maderam inter ac Tenerifam sulcaret undam, monstrum teterrimum spumis surpernatans apparuit. Polypos erat immensus, corporis magnitudine quinque vel sex mensuris producta, ex quo, uti assolet, octo anguina veluti brachia longitudine immania enodabantur et aëra percutiebant. Quae, mirandum veluti serpens, os foedissimum circumsaepiebant ad instar psittacei rostri, magis quam brachii magnitudine horride hians. Corpus in formam fusi deductum, lateritio veluti colore fucatum apparebat; oculi vero e viscidis carnibus eminentes maximi et horride fixi atque attoniti videbantur. Caudales pinnae utraque ex parte flexae maximo pariter volumine caedebant undas, totumque corporis pondus ad bis millia chilogrammatum computatum est.

Meridies vix media hora exsuperaverat, cum prodigium hoc iuxta navem natans apparuit; quare statim Bouyer praefectus contineri navem iussit et marinae ferae magnitudine minime territus, omnia, ut ea potiretur, paravit: laxum laqueum, harpagones, ballistas. Atqui, acceptis vix primis missilibus, sese monstrum demersit, et sub navis scaphum enatans iuxta oppositum latus iterum emersit ex undis.

Tunc nova quaedam quasi venatio atque insolita orta est. Nautae harpagones iacere, glandes ballistarum immittere in viscosam praedae carnem; illa vero acceptis ictibus in mare sese mergere, at paulo post, modo huc, modo illuc, iterum ex undis apparere brachiaque horrida callidis motibus agitare. Navis constanter post terga erat; etsi enim naviculam nautis oneratam undis committi tuto nequiret, ne monstrum brachiis horridis diriperet, nil iam acrius cupiebatur quam ut illud caperetur atque interficeretur. Lucta haec tres iam horas absumperat, cum tandem ex tot glandibus una polypum ad mortem vulnerasse visa est; nam post illius ictum maximos fluctus sanguinis saliva mixtos statim ex ore fera vomuit atque brachia inertia tetendit.

Tunc submissus ei laqueus est, qui tamen circa viscosum corpus delapsus, iuxta caudae pinnas tantum valide haesit. Tunc ergatae opera extrahere corpus nautae coeperunt; verum, cum iam super undis totum suspendissent, chorda paulatim carnes molles atque inertes circum ita secuit, ut diversa tandem e corpore cauda, utra-

que pars hinc et inde in mare iterum ceciderit seseque merserit.

Quae vero hucusque exposuimus haud unica huius generis sunt; cum et in disciplinarum Americae commentario simile monstrum repertum esse perlegatur apud S. Catharinae insulam; eiusque brachia tres usque ad mensuras producta ac validissima vi praedita affirmantur. Et sane huiusmodi prodigia plurima Oceanus alit: nam qui ad nostra litora *cephalopodes* vivunt, prima aetate plerumque vel retibus capiuntur vel maiorum piscium dentibus vorantur; quare consensescere ipsis perraro licet, ita ut nec in magnum volumen excrescere tute possint.

At in Oceano longe alias res sese habet tutumque refugium marinae abyssis ipsis praebent et astacorum multitudines obvium parant cibum. Quamobrem haud raro immani magnitudine pingues fiunt et eorum brachia, quasi anguium horridus nidus, enodantur. Pellis albicans et aliquantulum rava apparet; at saepe ob extranei corporis tactum, vel ob *mimelismi* prodigium, ut sese cum ambientibus rebus facilius confundant et commisceant, subfusco, vel rubro colore obteguntur simulque innumeris punctis quasi rubigine ortis consperguntur. Quo novo adpectu veluti larva protecti sese inter marinos scopulos abdund, et viscosa mollique, qua pollent natura, in intimis usque latebris immittere valent. Inde vero cum tempus fuerit, veluti sagitta erumpunt, longissimis brachiis praedam capturi.

ALPHA.

## COMMUNIA VITAE

### Venatores et venatoria.

**U**LTIMA delapsi mensis Martii dominica dies summo inter nubes orienti illucescebat,

*nondum bene nocte remota;*

quae dies sollemnis venatoribus italibus nobis habetur; cautum quippe lege est, nequis posthac ante Sextiles kalendas in animalia, quae domestica non sint, ferro, laqueo, plumbo, insidiis, quavis demum vi, quavis fraude contendat, iis tantum exceptis, quae sive polleant veneno, sive homicida indole aut rapaci polleant, adversus quae aeterna cuique auctoritas esto. Ita qui minus in Urbe

declamatores, perpetuo lugent? Omitto bonum Senatorem, cuius vix paginam querimonias vacuum reperias. Eni casu oblatam - propero enim ne sim Philippo molestus - epistolam ad Amedeum Ronchinium, de ara lapidea in Subalpinis reperta. « Qui autem mecum ipse dolerem, quod tantum fastidium litterarum romanarum aetatis nostrae homines teneret, equidem titulis tuis perlectis, singularem cepi animo voluptatem ». - Sed et alium hunc locum sinatis quamcitissime legam, ex eiusdem epistola ad Michaellem Ferrinium, quam praemittit libro *de latinis exercitationibus*. - « Miram sane cepi animo voluptatem, quod hic impense excolantur latinae litterae, quae apud nos in dies sic deficiunt, ut ab interitu iam parum abesse videantur. In hac porro cogitatione defixus spatium praeteriti temporis, uti fit, respiciebam, quo adolescentis nostri, iam inde a prima aetatula, scriptoribus latinis innutriti... » et cetera quae recinere solet unusquisque *laudator temporis acti se puero*. - Audite nunc Massium: « Ad vos itaque me convertio profugae latinitatis amicos. Scio de vetustatis pretio sermonem habere adverso hoc tempore inconsultum videri apud antiquae sapientiae obtrectatores, qui rerum civilium ordinem, leges atque instituta maiorum novis commentis pervertere grande et luculentum iudicant. Scio praecleara studia more illo incorrupto feliciter adhibita regnis tutandis, patrio decori provehendo, bono privato ac publicae laudi, fere omnia ab excelso loco ad vulgi fortunaeque ludibrium recidisse » (1). Huic proximum, quamquam natu maiorem, Iesaiam Carminatum video, quem in oratione *de pietatis cum litteris coniungendae studio* sic audio plorantem: « Quid,

(1) *Mon. Vatican. — Eruditae Inventuli.*

quasco, causae putetis quamobrem hac nostra aetate usque adeo iaceant studia litterarum, ut una omnium paene querela sit, nunquam sic iacuisse? » Vin amplius? Hinc Aldus Manutius romanum athenaeum auditoribus vacuum luget; illinc Aonius Palearius, qui in aetate incidit Leonis X, ingruentem barbariem dolet in oratione de optimis studiis defensis ad Senatum populumque Lucensem. Adde haec Pauli Manutii ad M. Antonium Natam: « An nescis libros Latinos optimos veteres ita nunc iacere, ut paene sordium in genere putentur? Vix iam Ciceronem ipsum, Caesarem, Sallustium legi, a multis etiam ne legi quidem planeque contemni? » (1) Audi Latinum Latini sub exitum saeculi XVI ad Camillum Paleottum ita scribentem: « Quae olim gymnasia florebant et eruditiorum viro.um numerosa examina solita erant effundere... nunc ita sunt exhausta, ut ex aliis provinciis ad nos, non sine ignaviae nostrae nota, evocandi sint, quorum industria itala iuventus et linguarum scientia et rerum cognitione imbuatur » (2). Sed longum est singulos persequi. Quorum igitur excipiam lacrimas, aut quorum gemitibus praebeam aures, nostrorum, an veterum? Illorum, inquam, qui verba et voces facile suppeditarunt, unde

*Et veterem in limo ranae cecidere querelam?* (3)

Dic iam, oro, Trebati, utri partium fidem adiungam?

(Ad proximum numerum).

P. ANGELINI.

(1) Lib. IV, Ep. 36.

(2) Lib. III, Ep. 31.

(3) *Georg.* I, 378.

12]

## LOLLIUS

### SIVE DE PROVECTA LATINITATE

Treb. — Utinam tam bene me ipsum nossem. Equid iucundius auribus nostris unquam accidit, sive eius soluta oratione, sive carminibus? Doleo tamen virum talem non expertum fuisse parem ingenio fortunam. Nam, quum huius memoria paene effluerit, quocum pauci sunt comparandi, contra Taurinus ille doctor, idemque acerbus ineptusque iudex, verborum congestor sine artificii stylo, undique collatis membris ex omni aetate, musivi operis fructum tam uberem retulit, ut non habeat modo admiratores quamplurimos, sed inter Latinos aevi nostri scriptores quandam quasi principatum gerat.

Iniecit obiurgatio haec admirationem, variisque agitata sermonibus quaestio est de principatu inter duo illa lumina.

Dum autem ambigitur, *uter utro sit prior*, Philippus et Lollius conclamant, huiusmodi disputationem a re proposita esse seiunctam.

Itaque Piso maior: — Quaero, Trebati: annis abhinc ferme xxx, quo tempore Francisci Massii ac Thomae Vallaurii studia vigeabant, stabatne incolumis antiqua ratio docendi?

Treb. — Ita plane.

Pis. ma. — In summo igitur honore apud vos erant latinae litterae?

Treb. — Res ipsa loquitur.

Pis. ma. — Ecce ergo duo illi praeclari viri deperditam Latii fortunam, iis ipsis vocibus, quibus hodierni

incuriosi, manentia agmina, quos circum agsultat, dominis dignata conviciis modo sibilo rev

Pedestres haeque equestres alii, rheda multi venes enim in ab omnibus eduliorum latet, a pane num. Quois quostribus incolis e prandii mediis aquae dum vis magno collega pente comitatu sive rheda, sive nes, crebroque adhuc suburban

De venatione alta voce praedimplant aethera impossibilia fa unum ex hisce faustoque die scolopaces et s aquilam ad int rum, capreatur populos existin

Explicit.

Hisce igitur personantibus, tica et Fortunat sclopis muniti, eadem audiendi interruperit so compulerat. Po turantium in a utpote in vena Apenninosque slio callido a me scripturum

Qui mecum tabernam sede

Unicuique peculiaris insu similibus suis « rugitus » est oculisque sang dem, ac « fren terna sollicitu quinimo long « murmur » bl dices, si

Venantes 2

Mente sub

Ille quidem

Tela quae

Pectora, e

Alia furiantis tentis auxiliu tellos et imma ne tenellos in nato corpore optarem vena socios interfic nus hora, dup « Raucare » ti benda fides, a mune, sed « ei ubi, partibus adludentes de accedente, de

incuriosi, mane illo stare solent pro portis visuri venatorum agmina in suprema bella, periculumque ruentium, quos circum agili pede omnium turba canum exsilit, adsultat, dominis modo blanda voce accientibus, modo indignata conviciis amaris, idque plerumque, increpantibus, modo sibilo revocantibus ausos procurrere longius.

Pedestres hi, et quamplurimi hoc ex genere sunt; equestres alii, atque hi exiguo numero; inter utrosque rheda multi vehuntur, quibus - (proh! ne cui dicatis; res enim in abditis et reconditis imis est!) - in ploxeno omnis eduliorum obsoniorumque copia pleno beata cornu latet, a pane et perna ad assum et bellaria et falernum. Quis quidem, si vel nulla sit spes potiundi silvestribus incolis et agrestibus, certa fides tamen est opipari prandii mediis in campis sive ad rivum lene sonantis aquae dum vino se proluunt, sive fumosa in caupona magno collegarum, undequaue cogente pluvia, perstreperante comitatu. Atque haec fortassis intra meridiem; sed sive rheda, sive equo, sive pedibus diluculo pituitosi omnes, crebroque sternutamento strepentes, ac dormitantibus adhuc suburbanis civibus satis et super incommodi.

De venatione, de canibus, de miraculis quisque suis alta voce praedicantes bini, terni, quaterni, incredibilibus implent aethera fastis, quae vel Dianae sequentique choro impossibilia factu, incredibilia auditu viderentur. Non unum ex hisce audias, qui volatilium turmam a se felici faustoque die exterminatam non fateatur, perdices, et scolopaces et siquae nobiliores sint volucres a cycno ad aquilam ad internecionem deletas, leporum autem, luporum, caprearum, damarum, cervorumque, aprorumque populos exstinctos. Quis igitur hac die futuras ferarum

*clades, quis funera fando*

*Explicet, aut possit verbis aequare laborem?*

Hisce igitur dum sermonibus quaquaversus intersum personantibus, ecce duo mihi adduntur viri, Iosephus Mantica et Fortunatus Rostagno, neque venatorio induti, neque sclopis muniti, sed mastrucati ambo, quorum, uti reor, eadem audiendorum portentorum cupiditas suavissimos interruperat somnos matutinos, eoque, ubi eram ipse, compulerat. Postquam igitur ultima a nobis agmina maturantur in aperta abierunt, Fortunatum ego rogavi, utpote in venatoriis apprime versatum, diuque per Alpes Apenninosque olim feras beluasque manu forti et consilio callido assequutum, qui de quadrupedum vocibus me scripturum doceret.

Qui mecum una cum Iosepho ad suburbanam kafecariam tabernam sedens haec orsus:

— Unicuique animalium generi propria vox est, et peculiaris insuper vocis huius modulatio, et inflexio, qua similibus suis ea, quae sentit, aperiat. Non idem enim « rugitus » est leonis, horrente iuba, exsertis unguibus, oculisque sanguinolentis igne suffectis irruentis in tigridem, ac « fremor » leaenae revocantis ad se catulos materna sollicitudine, ne quid laevum in vagos impendat; quinimo longe ab utrisque mutatum ac diversum est « murmur » blandientis ad ubera natis, longeque aliud audires, si

*duro foetam pressere cubili  
Venantes Numidae. Natos erecta superstat  
Mente sub incerta torcum ac miserabile frendens.  
Illa quidem turbare globos, et frangere morsu  
Tela quat: sed proliis amor crudelia vincit  
Pectora, et in media catulos interspicit ira.*

Alia furiantis est vox, alia inimicum opperentis, alia petentis auxilium, alia cientis amores, alia mulcentis catellos et immani rictu simulantis iras, et contractis unguibus, ne tenellos invita laedat, ludentis et pandiculantis reclinato corpore et oscitantis. Quas ego voces, quot sunt, optarem venatoribus notas; saepe fit enim ut accientem socios interficiamus quadrupedem, cui, si brevi parcere mus hora, duplici et interdum triplici praeda potiremur. « Raucare » tigres quis negaverit? Est enim, si poetis adhibenda fides, aliquid inter eas et aquilonem sonitu commune, sed « eiulant » ubi tigram invocent, et « aggemunt » ubi, partibus benignae suis, oculis, lingua sugentes vel adludentes demulcent. Audistisne canem de peregrino accedente, de ignoto adventante pessima suspicantem, vel

nocturno rumore concitum imminetia, uti retur ipse, pericula denunciantem? « Latrare » dicitis, et quidem recte, quamvis enim aperte venientes latrocinii crimine non incuset, aliquid tamen proximum cantare videtur. Numquid eadem vox effertur, si leporem aut vulpem persequitur?

— Nos dicimus « gannit ».

— Recte: at quam diversa vox est, si in lupum aut in aprum inciderit! Hoc saepe venanti auditum mihi. Sonus tunc est in quo miscetur connubio mirabili exciti furores, ardentisque irae in exosum hostem, atque invocatio, qua dominus, qua socii canes ad pugnam festinent, auxiliaturi subveniant. Quid autem sonus hic habet cum voce adsultantis coram hero longas post moras redeunte? Quid voces istae omnes si calatus fuste, vel saxo, aut vulneratus adverso dente « cainet »? Sexcenta et ultra sive quaerenda sunt verba, sive felici ausu cudenda, et quoad haec edoctos venatores cuperem, magno eorum quaestu. Melis et ericis « crepant »; cito dictum. Experto credite. Triplex melis est species, triplex et vox prout species proprii vulpi, vel porco, vel cani; quinimo caro ipsa, ubi potitus eo fueris, de veritate monebit; nam sive suillum, sive vulpinum, sive caninum olet. Ego autem voce noram, et impunes et incolumes abire vulpibus canibusque proximiores patiebar. Ad vulpes quod attinet, fraudulentissimum animal, cui silentium in primis aureum est, ne se suaque receptacula prodat, brevem tantummodo latratum audivi, quasi canis leporem aut vulpem persequentis; hinc ipsam « gannire » tantummodo dicam.

Tum Iosephus: — Ego autem tantummodo de repetenda Urbem dicam, exiguo enim imbre, sed assiduo penitus ad ossa usque conficimur. Quid si aegrotaverimus?

— Mihi — inquit ipse — magis decumbere placet, vobis auditis, atque hisce eruditus auctoribus, quam talibus carere magistris, etsi florentissima uteretur conditione salutis.

At intercessit comis, more suo, Fortunatus; ac: — Tu — mihi inquit — laudabilis es desiderio doctrinae, tu, mi Iosephe, commendandus opportunitate animadversionis. Ipse enim quodammodo abreptus recordatione meae iuventutis, quam venatu deliciosissimam exercui, neque impendentes nubes, neque guttulas decidentes — papae! crebre scunt! — respexeram. Ubi erit otium a muneribus nostris, simili colloquio indulgebimus. Nunc potius est optimi patris mei sapiens tenere consilium, quo monebar, ut caverem ab aqua caeli, a vino terrae, ab igne recurrente cum tonitru inter utrumque.

H. DE VECCHI PIERALICE.

CHRISTIANAE ANTIQUITATIS DOCTORUM  
URBANUS HABITUS CONVENTUS

FAUSTISSIMUM est, lectores, verba illa auspiciacque ab altero nostrum in superiore numero prolata, non modo iuxta spem, sed et ultra esse adimpleta. Clarissimi enim atque eruditissimi viri qui ad Urbanum hoc comitium undique ex orbe concurrere, quavis factionum aemulatione gentiumve similitate abdicata, non nisi in unum mentes viresque intenderunt, ut christianae antiquitatis secreta proveherent, studia vulgarent.

Tanti vero exitus viris eximiis primae grates reddendae, quae coetui universo summa prudentia, doctrina, diligentia praefuerunt: Aloisio Duchesne, Gallo, nomine illustri, iuvenum Gallorum, qui christianae antiquitati Romae student, rectori emerito; Antonio de Vaal, Germanorum hospitii moderatori, Francisco Bulic', Dalmatae, qui suae patriae musea administratur, Nicolao Müller, christianarum antiquitatum in Berolinensi athenaeo lectori, Iosepho Gatti, in academia historiae et legum civilis iuris doctori, Horatio denique illi Marucchi, cuius optime merita non est nostrum celebrare.

Sessiones decimoquinto kal. April. inauguratae perpolitae orationes ac disceptationes alias post alias indefesso labore habitas viderunt. Sed et lega-

torum doctorumque virorum alta mente reposita manebunt ad coemeteria Priscillae et Domitillae, ad S. Mariae in Cosmedin basilicam, ad antiquissimam S. Sabae ecclesiam visitationes, in rure gentis Albaniae lustratio, visitatio specuum basilicae Vaticanae, ac postremo sollemnis receptio in celeberrimo christiano Lateranensi museo.

Quare non iniuria confidimus tanti moliminis uberiores in dies fructus colligi posse, quos ferme proxima comitia ad an. MDCCLXIV Carthagine indicta videbunt.

Neque poterat commentarius hic noster a sollemnibus his feriis sese abstinere; quare non modo legatis singulis *Vocis Urbis* libellus, idibus Aprilis vulgatus, traditus dono est, sed *Forfex* noster — vel, ut planius dicam, Iosephus Fornari, in commentario redigendo primas agens — sexto comitiorum collegio et ipse adfuit, in quo de litteris ad prima Ecclesiae saecula pertinentibus quaerebatur, ibique clarissimi viri Felicis Ramorino, de Minucii dialogo *Octavius* inscripto, animadversiones summam referens, quas commentarius hic iam vulgavit, de prisco illo christiano scriptore latine disseruit, effecitque ut Bulic' doctor, quem alterum a praeside totius comitii electum vidimus, votum publice protulerit, ut nullo prorsus quam latino sermone in coetibus qui ex omnium gentium eruditus viris congregantur in posterum adhibeatur.

Quod quidem cum *Vox Urbis* commentarii singularem metam propius attingat, planum est cuique, faventorem vel cariorum exitum e comitiis celeberrimis nobis contingere non potuisse.

A. L.

PERILLUSTRI VIRO  
EQUITI NICOLAO GALDO  
CONDOLESCENTIS ANIMI SENSUS  
OB AMATISSIMI FILII EXCESSUM

*Praeclare o legum Vindex, cui iura tueri  
Tradidit augusto Maximus ore Leo; (1)  
Quem Deus insignem pietatis munere novit,  
Huic, merito ut Nileat, dat graviora pali. (2)  
Ne vitio (3) ruerent, sublata ad sidera cerno  
Coniugis et cordis pignora terna (4) tui.  
Amisum puerum merito lugemus alumnum,  
Dulce decus matris, deliciasque domus.  
Te Christus dignum gestit sociare dolori,  
« Inque domo lacrimas angulus omnis habet ». (5)  
At Servatoris redeunt sollemnia festa;  
Sic finis lacrimis tristitiaque modus.  
Nam tua iam soboles Iesu pars magna triumphis,  
Pura Nileus scelerum tendit ad astra manus.  
Dum patrio amplexu natus divellitur, aegro  
Imperitura patri sarta beata paral.  
Vivant incolumes quae pignora cara supersunt; (6)  
Moresque et famam patris avique gerant.*

Neapoli, e Collegio Pontano.

IOSEPH BROIA S. I.

(1) Eques Nicolaus Galdo, aequae ac nobilis ipsius parens Ianuarius, legum peritissimus, causam pro Summo Pontifice in foro Neapolitano eloquentissime agens, plenam retulit victoriam. Qua de re magnopere Summus Pontifex ipsi gratulari dignatus est.

(2) « Quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut tentatio probaret te » (Tob. XII, 15).

(3) « Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius... » (Sap. cap. IV).

(4) Tres carissimi ipsius nati supremum diem obierunt, quorum tertius, Collegii Pontani alumnus, excessit feria tertia maioris hebdomadae.

(5) P. OVID. lib. I el. III.

(6) Omina et vota septem filiis qui supersunt, quorum pater et avus bene de religione merito, iure optimo doctrina et pietate insignes habentur.

## QUAESITIS RESPONSO

## De latini eloquii pronuntiatione.

M. Lucius Paullus Microvir doctissimo viro Felici Ramorino s. p. d.

QUAE de Anglorum latina enuntiatione, vocalium maxime, dixisti, magnopere mihi probantur, rem satis experto; pluries enim cum ipsis conversatus eos latine loquentes summa quidem difficultate intelligere potui. Peropportune igitur conventum inter latini sermonis amatores proposuisti, quem congregare optimum duco Lutetiae Parisiorum inter ferias quae ad omnium artium recognitionem his mensibus habentur. Scio sero id forsitan a me excogitatum, ut peculiaris conventus indiceretur; at sessiuncula in magistrali conventu iam indicto nonne sufficere queat? Hanc autem concessum iri non sine probabilitate confido. Vale.

Dabam Rotodami, non. April. MDCCC.

## ANNALES

Boerorum legati in Europam - Transvaalianum bellum - Anglorum nova pericula - Sinenses res - Ignotae trium Caesarum voluntates - Americanae gentis minae contra Turcas.

BOERORUM legati qui ad pacis condiciones edicendas missi dicuntur, Neapolim attigerunt, atque per Italiam Galliamque Hagam usque profecti sunt. Sed neque Itali neque Galli rerum administri acclinem admodum animum in eos ostendere visi sunt; immo nec ipsos coram sese recipere ausi, ne forte nimis Anglis displicerent. Quod etiam cautum a Germanis est, apud quos Wilhelmum imperatorem brevi in Angliam rursus profecturum diarii praedicant.

Quare, dum legati illi in Americam iter convertunt, ut apud Mac-Kinley praesidem faustiora sibi procurent, nil superest eorum civibus nisi in adventationibus illis insistere, quibus hostes rei frumentariae inopia necnon imbris impeditos die ac nocte non sine fortuna lacessunt. Quae proelia tum circa Wepener urbem, tum in Ladysmith finibus contingisse postremo novimus. Interim nonnulli Anglorum duces transacto tempore belli vices iniquas passi, imperio abdicare coacti dicuntur.

Guinea pariter in regione minus favent Anglorum sortibus tempora. Eorum centuriones decurionesque et milites indigenas barbari in perduellionem congregati insidiis interfecerunt. Quamquam et in Indorum finibus erumpere heic vel illic odia incolarum apparent. Haec vero satis non sunt; nam et Port-Elisabeth in ipsius Africae urbe, hortum Germanici legati quidam Anglorum iuvenes ingressi, ut secum ibidem vexillum extollerent, militari manu disiecti sunt.

Sinensia fata pergunt, uti assolent, in ruinam, collegii illius praecipua causa quem a pugilibus vocant; et recentissime audivimus christianorum domus aggressum fideles barbara crudelitate necasse. Dictitant igitur Russis potissime abditum esse consilium navales copias prope imperii litora cogere quam maximas, ut ruinantis spolia, quae plurima possint, sibi addicant, cum fatale tempus advenerit.

Sed tamen in fatorum libro nemini legere licet; et quae diarii atque ephemerides evulgant pugnancia inter sese in dies atque omnino incerta, obscura, intellectu impervia satis id probant. Modo enim Wilhelmus Caesar, ut Valliensem principem incolumem salutet, iter aggreditur, modo Moscovitarum imperatori diem dicit, ut simul proxime conveniant de Europae fati legem laturi; modo Austriae imperator Macedoniam tenere cupit, ut Russis obstet; modo vero Russi Bulgaros armis instruunt atque veluti socios parant, ut Turcarum ultimam ruinam facilius procurent.

Quibus etiam Turcis postremae inimicitiae hactenus ignotae imminent ex nordicae Americanae reipublicae litoribus; ut enim sacrarum expeditionum praedia atque aedes in Armenia direpta soluto pretio restituantur classem contra Byzantium constituere proxime foederatae illae civitates munitantur. Quorum plane adventu internum hoc mare nostrum, quod Latini generis vel natalis unda fuit, advenas ex quavis mundi parte allicitos nullos amplius desiderabit; nisi forte Sinensibus vel Iaponensibus sinum aliquem aut insulam tenere tandem aliquando placeat.

POPULICOLA.

## LIBRORUM RECENSIO

GIUSEPPE TARNASSI. Traduzioni da Orazio - Da Virgilio? - Da Claudiano - La Veglia sacra di Venere - M. Menéndez y Pelayo á Orazio Flacco. - Buenos Aires edidit A. Santiellu, mense Ianuario 1900.

Quae italico versu reddidit carmina cl. vir Iosephus Tarnassi pauca esse dolemus: adeo iucunde aures nostras ipsa affecerunt.

Ea sunt ex Flacco carmen III, 3, ad Caesarem Augustum, et III, 4 ad Calliopen: quae utraque versio paene in oblivionem nos adducit eorum, qui aliquandiu inter horatianos interpretes visi sunt amplissimum locum obtinere. Pollet enim et sensu rerum, quae a poeta Venusino exprimuntur et sermonis utriusque peritia; quo fit ut neque dure, ut Rezius, nec frigide, ut Veronensis ille munditiae veteris auceps, Flacci vultum referre tentet, sed expedite ac viriliter eius arripiat similitudinem. Ad hoc autem mirum quantum contulit servata in omnibus ratio numerorum, quales latinus vates adhibuit.

Atque haec non minus naviter praestitit in interpretandis minoribus, quae Vergilio tribui solent carminibus, ex catalectis exhibens sextum, ad Venerem; e ceteris Copam. Succedunt Claudiani carmina, aetate aurea dignissima, his titulis: *Torpedo*, *Magnus*, *De Mulabus gallicis*, *De Seno Veronensi*, *In Sphaeram Archimedis*, *In Sepulcrum speciosae*. Haec excipit *Pervigillum Veneris*, septenariis trochaicis carmen, incerti auctoris et aevi. Seriem concludit pervenusta ad Horatium Flaccum epistola M. Menéndez y Pelayo, in qua italice vertenda pari felicitate usus est.

Arduum sane opus optimorum interpretatio nec facile invitans ad periclitandas ingenii vires. Rem ausus cum laude cl. vir Iosephus Tarnassi spem iniicit se minime cessaturum. Ceterum, vel aliena reddens, vel sua promens, rem nobis gratissimam fecerit, si alia dederit, non brevioris, ut modo, sed «promissi carminis auctor».

Dott. FRANCESCO CHIMINELLO. Nuova grammatica elementare della lingua latina, parallela alla Grammatica italiana dello stesso autore. - Novocomi, ex officina Dantis Grossi, 1900.

Magna Germanis habenda gratia cum sit, quod impari ac plane ieiunae grammaticae tradendae rationi, quae antea utebatur, novam succederent, innixi principiis ex aucta linguarum disciplina profectis, nihil tamen prohibet,

quominus ipsorum labores lucro apponentes Italici viri contentur si forte liceat perspicuitati magis ac brevitati prospicere.

Tentatum opus est multis, inter quos cl. viro Francisco Chiminello. Is, ut faciliorem discentibus viam sterneret, vel ipso in limine, subtiliora multa segregavit a ceteris, ne saepius haerere cogentur iuvenes, aut etiam, si crassiore ingenio, ne penitus desperarent.

In compositione partium orationis, quam σύνταξιν dicimus, non ex formae varietate ordinem petit, sed ex vocabulorum rationali munere; ita ut, non seriem casuum persequatur, quemadmodum Schultzius ceterique fere grammatici, sed naturalem eorum processum quae complementa dicuntur. Idem post elementa propositionis tradita, docet rationem periodi, sedulo distinguens, quod in aliis vix reperias, propositiones secundarias a subiectis. Opus absolvitur doctrina de numeris latinis.

Rei grammaticae doctore peritissimo laboris fructum uberem ominamur, qualem ex aliis id genus scriptis eidem contigisse hactenus novimus.

P. A.

## AENIGMATA

I.

Si *neutrū*, cursu festinat ad aethera velox;  
Masculus in molli corpore reptat humo.

II.

Haud dubium; cecidit semper bis *primus* in anno;  
In mense atque semel, non tamen inque die.  
Omne tibi, lector, *reliquum* sit ubique secundum,  
Et *totum* voluit quisquis habere suum.

P. GARRONE.

Ex sociis qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus gallice scriptum et figuris ornatum, cui titulus:

ROME

SES MONUMENTS, SES SOUVENIRS  
par BOULFROY.

Aenigmata ann. III, n. V proposita his respondent:

1) Robur - Rubor. 2) Sal-via.

Ea rite soluta miserunt:

Ed. Bianco; M. Mori; Columbanus Brunner; Fr. Xav. Reuss; Anic. Tapias; Fr. Torijano, Roma - A. Pessati, Empolia - Herm. Gini, Taurinis aquis - Guil. Schenz, Ratisbona - Ant. Portanova, Salerno - Ioan. Sedlák, Praga Bohem. - Aug. Narquet, Monteloco; A. Chevènement, Nods; F. de Crouzillac, Sparnaco in Gallia - Ric. Magenta, Genua - Mich. Jezienicki, Leopoli - I. Lemette, Uvrier in Helvetia - Hild. Guépin, S. Dominico de Silos ad Burgos - F. Sallarés, Sabadello - A. E. de Druffel Welbergen - V. Lakatos, Kestcheli - I. Ant. Schneider, Monachio in Bavaria - Fr. Palaty, Iicin - Ioan. Cantono Ceva Marchio, Vercellis - Aug. Dejaer, Pousset - Ios. Vykoukal, Seccau - Ios. Crosatti, Poiano Vallispanenae, in agro Veronensi - P. Garrone, Pezzana ad Vercellas - Am. Robert, Mariville in Canada - St. Figielschi, Rypino - V. Laskin, Roslavl - V. Rossi, Possagno - Car. Stegmüller, Sabaria - Andr. Piotto, Malo ad Vicentiam - Ant. Maria Contini, Episc. Castrisard. - Val. Baldissera, Glemona - Ant. Wilmer, Monte Calvario in civ. foed. Americae Sept. - Collegium Pontanianum Conocchia; Caes. Meucci, Neapoli - Ios. Sola, Montereale in Sicilia - Aug. Sordet, Thury - E. Frachetti, Mengalore, in Indis - Arn. Rigo, Huehmayor; Bart. Salvà, Arta, in Maiorica insula - Humb. Salmaso, Adria - G. Lecantere, Kanker - Hieron. Re'dy, Clevelandia - Ver. Carriolato, Vicentia - Seminarium Campaniense, ad Salernum - Alois. Cappelli, Sena - Mart. Kheberich, Scopusio - V. Hertel, Mendhausen.

Sortitus est praemium:

ANICETUS TAPIAS,

ad quem missum est opus, cui titulus:

GUIDA DEL PELLEGRINO A ROMA

riveduta e corretta dal P. GIUSEPPE BONAVENIA d. C. d. G.  
(Romae nuper edid. Desclée, Lefebvre et Soc.).

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE - Ex Officina Forzani et Socii.

onentes Italici viri  
magis ac brevitati

quos cl. viro Fran-  
centibus viam ster-  
multa segregavit a  
iuvenes, aut etiam,  
rarent.

is, quam σύνταξιν  
dinem petit, sed ex  
it, non seriem ca-  
chultzius ceterique  
n processum quae  
menta propositionis  
distinguens, quod  
cundarias a subie-  
meris latinis.

no laboris fructum  
genus scriptis eidem

P. A.

A

thera velox;  
ptat humo.

s primus in anno;  
amen inque die.  
abique secundum,  
re suum.

P. GARRONE.

ymatis interpreta-  
torem miserint  
, gratis accipiet  
matum, cui titulus:

UVENIRS

his respondent:  
Sal-via.

anner; Fr. Xav. Reuss;  
asati, Empolia - Herm.  
ona - Ant. Portanova,  
Aug. Narquet, Monte-  
ouzillac, Sparnaco in  
Jeziénicki, Leopoli -  
népin, S. Dominico de  
A. E. de Druffel Wel-  
Schneider, Monachio  
Antonio Ceva Marchio,  
okoukal, Seccau - Ios.  
eronensi - P. Garrone,  
ricville in Canada -  
l - V. Rossi, Possa-  
otto, Malo ad Vicen-  
rd. - Val. Baldissera,  
a civ. foed. Americae  
; Caes. Meucci, Nea-  
aug. Sordet, Tbury -  
Rigo, Huchmayor;  
mb. Salmaso, Adria-  
develandia - Ver. Ca-  
, ad Salernum - Alois.  
Hertel, Mendhausen.

A ROMA

AVENIA d. C. d. G.  
vre et Soc.)

PI, iurisperitus.

et Socii.

## PER ORBEM

Calamum hunc meum ex atramentario retra-  
hens, dubito vehementer anxietateque maxima  
afficio num, aedepol, aliquid novi vobis enarran-  
dum quindecim postremis diebus supervenerit. Vo-  
bis enim, nec credere irritum reputo, ver forte  
floridum, mitique phaebo tepens iam arridet; at  
nobis, nescio quo fato, udoso sub aquario, morosi  
adhuc dies evolvuntur, ita ut me paene credam  
medium per Martium vel Februarium mensem  
versari.

✧

Unum tantum pretium esset, quo aquariam  
hanc vitam libentius deducerem, si umbellam  
illam lucrandam mihi scirem, quam Mol, belgico  
iuveni athenaei Bruxellensis discipulo, Londinen-  
sis quidam diarius publico Anglorum aere con-  
lato, honoris causa donare procurat. Nostis enim  
iuvenem hunc in Sipidum, Walliensis principis  
siciarum, primum concurrisse, ac proinde, a scho-  
lariis extemplo vinculis alligatum, maximo in tu-  
multu cheirotecas atque umbellam amisisse. Felix  
equidem amissio, quam tale ac tantum munus  
redintegrabit!

✧

Qua quidem, vel simili umbella, et ego in-  
structus, tute domum derelinquerem atque Ameri-  
cam versus iter aggrederer, ut propriis oculis  
conspicerem quae sit nova haec rabies quae ci-  
ves meos corripuerit. Hi enim ad Crotonenses  
aqueductus adlaborant pacifice, cum subito,  
ut amplius lucrum suo ex opere sibi procura-  
rent, in desertionem omnes simul descenderunt,  
aquae ductus fregere fistulas, quo facilius urbani  
aqua carentes ad suam voluntatem flecterent.  
Cohortes in tumultuantes ideo missae; verum illi  
multitudine audacissimi facti, armisque instructi  
ad munimenta per vias, et ad sua circum officia  
congesta, constiterunt, militesque advenientes  
novo veluti bello repellere ausi sunt, decurionem  
ex iis ballistae ictu etiam interfecerunt. Quare ne  
urbis viae bellorum furore cruentae fierent, ab Ita-  
liae legato auxilium est expetitur, qui suam  
mediationem interponeret. Fecitque legatus li-  
benter, at nullo adhuc, dum scribo, exitu, resque  
minarum ac periculorum plena insoluta pendet.

✧

Patrant haec quidem hominum irae, at gesta  
misera fatorum tristitia aemulatur. Furit enim  
apud Indos pestis lues, victimasque ad quatuor  
millia numero unam per hebdomadam mactat,  
Persasque circa Savan Rood ad Turcarum fines  
attingit. Ecquid vero cavet plebs stultissima? Ten-  
toria, ad Cownpore, inter quae infirmos secedere  
oportebat, vesano furore incensa, igni delere co-  
natur, custodiaeque decuriam ferox interficit.

✧

Miserrima reliqui orbis prudentius forte prae-  
teream; at quomodo de Bohemorum infortunio  
silebo? Qui Klappai oppidum in Trébniz urbis  
provincia, terrarum concussione contractum totum  
dirutumque viderunt voraginisque horridae hiatu  
paene obrutum. Incolae qui ad mille prope nu-  
merabantur vehibus iumentisque suppellectiles  
imposuerunt, atque in fugam versi patrum se-  
pulcra deserere coacti sunt, ne et sibi ipsis extrema  
fovea efficerentur.

✧

Quibus novam patriam quaerentibus et mi-  
grantibus ad novos lares planissime veluti in co-  
lumbam illam Belgicam mente abripior, quam  
consectare passim ferreas vehes, veluti si nidum

inibi mobilem constituisset, exaudivi. Columba  
haec, novo hoc saeculo prorsus digna, horridam  
candentemque machinam non horruit, immo  
quotidie ex Guillemis moenibus proficiscens  
post machinae caliginosam nubem convolat et  
ad Bruxelles usque volatu citissimo iter simul  
complet.

Cuius equidem vagantis bestiolae atque ina-  
niter iter facientis me quoque similem ac veluti  
germanum esse iterum iterumque iam reputavi.

VIATOR.

## VARIA

### Quid inter Napoleonem I et literam M.

Quoniam anniversariam ab imperatoris morte  
diem quinta Maii mensis dies adducit, memorare  
lubet quae vir quidem doctus, at solitus acum  
appendere lance, notavit.

Litera maior, sive uncialis M, ille inquit,  
regio more ita in commentariis celeberrimi viri  
dominatur, ut quoties hi praelo dentur, toties ne-  
cesse typographo sit vel novas cudere, vel novas  
pretio comparare; mihique typographaeum triginta  
iam abhinc annis gerenti, administranti, et prae-  
sertim in ea, quae Napoleonis sunt, singulari studio  
incumbenti fides habeatur. Octo enim et viginti  
duces sibi praecipuos ille habuit, quibus veluti to-  
tidem Labienis utebatur, notatos hac litera, nempe  
Massenam, Murat, Macdonaldium, Marmont,  
Mercy, Morthier, Miollis, Monbrun, Mouton, Mar-  
chand, Milhaud, Maison, Merlin, Morand I, Mo-  
rand II, Menou, Margaron, Mainer, Molitor,  
Manuvre, Mencaufin, Menard, Monnet, Mairenu,  
Moreau, Morin, Merle, Morescot. Prima eius pu-  
gna ad oppidum Montenotte; ultima ad Mont-  
Saint-Jean. In Aegypto contra Murad-bey prae-  
liatus est. Cum hoste conflixit, victorque emicuit  
totidem per M: et Millesimo, Mondovi, Marengo,  
Moscowa, Montmirail, Montereau, nomen fecere  
victoriis, idem et Mantua, et Melitum. Mediola-  
num, principem urbem, primo occupavit, Moscam  
extremo, inter utrasque Matritum. In urbe, quae  
dicitur Monaco, Eugenio principi uxorem ducenti  
adfuit, Maguntiae iuris cathedras solemniter in-  
stituit. Tribus usus pariter administris est, nempe  
Maret, Montalivet, Mollien. M quatuor indicant  
proditores et rebelles, nempe Moreau, Mollet, Mu-  
rat, Menou. Secum relegatus in insula, cui a San-  
cta Helena nomen, fidissimos habuit: Montholon  
et Marchand. Primus illi armiger et Achates  
Montesquieu; ultima illi in Gallia sedes Malmai-  
son. A secretis illi Meneval. Maio mense mor-  
tuus est. Prima eius uxor e Martinica insula;  
altera Maria Aloisia. Acerrimus et quotidianus,  
ut ita dixerim, hostis Metternich. Quibus pluri-  
misque insuper recitatis, ille conclusit: Quid si  
anno Millesimo natus fuisset? Quid si Napoleon  
vocaretur? Quid si totius orbis terrarum Mo-  
narcha factus esset? Quid si Magnus cognomento  
vocatens consensu gentium fuisset?... Unica au-  
tem illi litera tot ex M defuit, nempe Modus in  
secundis rebus, atque huius defectu in Minimum  
deiectus est.

\*

### Europaeorum in orbe usus linguarum.

Nuperrimus, exeunte saeculo, census admo-  
nuit, versari sermocinatione hominum idioma-  
hoc modo: more anglico 160 000 000 hominum  
utuntur; 85 000 000 russo; 80 000 000 germa-  
nico; 54 000 000 italico; 52 000 000 gallico;  
44 000 000 hispano.

Ceterum praeter hos, quos descripsimus, utun-  
tur docti praesertim gallico eloquio et germanico;  
machinis exstruendis addicti, marini omnes sive  
nautae, sive gubernatores, sive navium duces,  
itemque architecti praecipue anglico; cantores ad  
theatra gallico, italico, hispano; qui fabulis, co-  
moediisque recitandis operam navant, omnibus  
promiscue; qui voluptatis vel necessitatis causa  
peregrinantur, gallico, anglico, germanico; ephemeridum scriporibus, rerum publicarum legatis,  
nemine excepto, omnibus recensitis.

\*

### Psittaci precantes.

In America meridionali ephemeris quaedam,  
praestantissimo viro Loys Brueyre rei veritatem  
tuate, quae latari sumus contigisse narrat. Ma-  
trona quaedam eius generis, quod « creolum »  
dicunt, vespertinas captatura auras in proximum  
domui nemus cum puellis et matronis coniun-  
ctissimis amicitia sibi proderat. Repente exortae  
sunt voces e caelo venientes: « Ora pro nobis! »;  
quibus, brevi interiecta mora, quamplures respon-  
dent: « Amen! Amen! » Quot audierant, diversae  
circumspiciunt. Nemo circum; supra nemo. Un-  
denam igitur? Dum autem incertae nutant et  
mussant, iterum voces insonant: « Ora pro nobis! »  
iterum responsa dantur: « Amen! Amen! » Stupor  
apprehenderat animos auscultantium non sine  
trepidatione aliqua et metu; cum repente psit-  
tacus, olim dominae carissimus, qui iam domo  
inde aufugerat, ad amicam dominam advolat, hu-  
meroque insedit, auriusque recinit: « Ora pro no-  
bis! » Reliquae psittacorum turmae quae ille domi  
didicerat precibus adstans, per memora sponte  
cantabant. P. d. V.

## EPISTOLARUM COMMERCIIUM

- Cl. v. Ios. SOL. - **Monteregali in Siculis.** -  
Scripta et imagines stannoferro coelatas quae  
pollicitus es, mense Iunio nos edituros esse  
speramus.
- Cl. v. Ios. WAB. . . - **Varsaviae Polonorum.** -  
Scriptum quod misisti et modulata carmina  
in *Vox Urbis* commentario prodibunt ubi pri-  
mum licebit.
- Cl. v. P. A. ROV. . . - **Cerchiara in Cala-  
bris.** - Archivium illud adire paene impos-  
sibile est. Consulisti ne Baronium, quem  
mihi affirmarunt litteras illas publicasse? -  
Aloisius S. domicilium habet Romae: *Palazzo  
Ricci, via Giulia*; C. autem scribere potes ad  
ipsum lyceum, in quo iuvenes docet, ac tu  
bene noscisc. - De G. nihil habeo in praesens  
quod dicam.
- Cl. v. I. BR. . . - **Neapoli.** - Mitte scripta non-  
dum vulgata, soluta oratione praesertim, et  
gratissimum nobis feceris.
- Cl. v. I. MART. S. LE. . . - **Lutetiae Parisio-  
rum.** - Zanolinus vivit et valet.
- Cl. v. TH. VINC. . . - **Tárrega.** - De huma-  
nitatis tuae signis erga nos gratias agimus  
et habemus; aenigmata vero parum obvia  
videntur.
- Cl. v. ALPH. DEJ. . . - **Pouset in Belgis.** -  
Cum tempus suppeditaverit ad te abunde scri-  
bam. Ecce interea clarissimi Toniolo in hoc  
numero scriptum aliud.
- Cl. v. ED. RAYN. REJ. . . - **S. Iosephi in urbe  
Mò.** - Quae de Americanis rebus attulisti  
acceptissima apud nos fuere. Imaginem tuam  
inter amicorum retinemus.

A SECRETIS.

Desclée, Lefebvre & Soc.  
LIBRERIA CATTOLICA INTERNAZIONALE  
ROMAE - Via S. Chiara, 20-21 - ROMAE

GUIDA DEL PELLEGRINO A ROMA  
Recognovit P. BONAVENTIA S. I.

GUIDA DI ROMA  
ab ipso P. BONAVENTIA S. I. exarata.

Bina haec opera habentur duplici editione impressa, sive italica sive gallica lingua, atque ven. sing. Lib. 1.50. Anglica vero tela relig. Lib. 2.

Nuperrime prodierunt

CONSTITUTIONES LEONIS XIII

SUPER

IUBILAEI UNIVERSALI ANNI MDCCGCC

COLLECTA EDIDIT, QUIBUSDAM ADNOTATIONIBUS ADDITIS  
IN COMMODUM PRAESERTIM CONFESSARIORUM

THOMAS ARIZZOLI

Missionarius Apostolicus Imperiali, S. Poenitentiarie officialis.

Ven. lib. 1

apud commentarii VOX URBIS Administratorem.

Pro sociis comm. Vox Urbis Lib. 0.50



T. G. Fratrum PARISI  
CANDELARUM AD SACRA OPIFIICIUM

PRAEMIIS INSIGNE

AB ANNO 1829 CONSTITUTUM

Romae in Italia, in Foro Campi Martii, 6

Singulis in artium  
recognitionibus publi-  
ce habitis maxima re-  
lata munera.

LEO PP. XIII  
honores addidit

Lateranensi Archi-  
basilicae, itemque Va-  
ticanae, quoties de Bea-  
tificatione aut de Cano-  
nizatione solemne sit,  
suppeditat.



Praecipua Templa  
cereis instruit ubique  
terrarum. In Asiam,  
Africam et urbem Con-  
stantinopolim mittit  
ingentia rerum huius-  
modi pondera, pretio  
frances 180 pro singulis  
100 Chilogramm.

Si vero ab America  
aut ab Australia petan-  
tur onera (300 Chilo-  
gramm. ad minimum),  
pretium erit frances 225  
pro 100 Chilogramm.

Nullo impendio iubentium

res in proximiorum a petentibus designatum portum defertur


Gratis pariter, quae mittuntur, arca asservantur

Quis quaerenti explicatio erit uberior.



# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS  
nuperrime edidit



Mnemosynon  
Iubilaei Magni

DIRIBITORIAE CHARTULAE INSTAR

AD FIDEM EXPRESSUM REFERENTIS

Solemne aperitionis Portae Sanctae

a Leone PP. XIII

die XXIV mens. Decembris MDCCGC peractae.

Pretium singulorum centum ante solvendum commentarii VOX URBIS admini-  
stratori - Romae, via Alessandrina, 87 - est Lib. 3.50.

Nullo impendio ad iubentis domicilium chartulae ipsae mittuntur